I

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVIII
B
49
NAPOLI

Legatoria di Libri
Calabrò

XVIII
13
49

XVIII B 49

X. P. 60

Trifolium Politicum,

RERUMPU-
BLICARUM

FORMAS DIVERSAS,
MUTATIONES VARIAS,
EARUMQUE CAUSAS,

ac

[illegible] onibus iisdem

opponenda,

Dilucidè repræſentans,

[illegible] jucundiſ-

ſimæ lectionis,

[illegible]

tis Politicis ac Hiſtoricis con-

cinnatarum,

Studio & Labore

ETRI NICOLAI

STRUPII, P.P.

[illegible]

mtibus Jobi Wilhelmi Fincelij, Bibliopol.

Anno M DC LXI.

NAPOLI

Illuſtri, Generoſo, Strenuo, & Magnifico Heroi,

Dn. CHRISTIANO FRISIO,
Domino De Kragerup, equiti aurato,

Et

Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis Daniæ &c.

Dn. CHRISTIANI IV.
Cancellario, Regnique Senatori,

De patria optimè merenti,

Hoc Trifolium Politicum,
ceu
Devotæ Obſervantiæ monumentum

D. D.

Auto[r]

ÆQUO LECTORI S. D.

SApientiæ eam vim eſſe conſtat, ut quorumcunq; tandem hominum mentibus ſalutares hujus virtutis radij affulſerint efficaciter, ij nihil quicquam admirentur impendio. Nimirum qui rerum ac eventuum cauſas, nullo propè negotio rimantur, ſtatimque remoto quaſi toto ſipario intuentur, iis in hoc rerum actionumque humanarum phrontiſterio haud facilè occurret quidpiam, cujus contemplatione in perplexum admirationis gyrum ſe patiantur involvi. Ideoque decus illud Poëtarum Horatius ejuſmodi homines numero beatorum accenſere non dubitavit, dum ita cecinit:

Nil admirari propè res eſt una, Numici,
Solaq; quæ poſſit facere & ſervare beatum.

Verum pauci admodum iſta beatitate cumulari ſolent; ij videlicet ſoli, in quibus largo temporis fluxu cum vivida naturæ bonitate certavit acre & indefeſſum rerum optimarum ſtudium. Juniores igitur, licet bonæ ſint indolis, & ad virtutem propendeant: tamen quia non niſi brevi annorum tractu gavisi res varias quaſi per tranſennam aſpexerunt, non autem perſpexerunt penitùs, multa plerique omnes ſi non demirari, certè admirari conſueverunt. Hoc ipſum mihi quoque apud exteros olim in ſuſcepto liberalium ſtudiorum curriculo verſanti uſu veniſſe fateor non invitus. Interea tamen, nec animum deſponderem, me quaſi fluctuantem erexit nonnihil, qui ſolus ingenio nubes & cœlum perrupit, Ariſtoteles, hâc ſuâ ſententiâ: ἐν τῷ θαυμάζειν ἐςιν. Et ut cætera ad liberalem ac honeſtam animi excitati culturam apprimè facientia ſilentio heic prætercam, ſuâ, quæ mihi videbatur, inſolentiâ non parùm me afficiebant ſubinde, erecta paſſim monu-

monumenta varia, ut amphitheatra, theatra, circi, arcus, columnæ, pyramides, obeliſci, & id genus alia, quæ tamen hodie non tam ſplendoris, quam vetuſtatis nomine ſe nobis ſuſpicienda exhibent. Verum enim verò quoniam monumenta ejuſmodi, ut & urbium, oppidorum, propugnaculorum, turrium rudera de nullo, alio quàm de viciſſitudine rerum humanarum, teſtantur evidentiùs; ſumptâ hinc occaſione de natura Rerumpubl. earumque mutationibus ſcrutinio mentis meæ occœpi diſquirere; de facili præſentiſcens, quàm verum ſit illi ſubtiliſſimi Scaligeri: *Non ſcimus niſi diſcamus, non diſceremus niſi admiraremur.* Omnia ſcilicet in imperiis fluxa ſunt, inconſtantia & evanida. Ubi jam aureum illud caput, & imperium Babylonicum? In Balthaſare decidit. Ubi argenteum pectus, & regnum Perſarum? In Dario Codomanno deſiit. Ubi venter æneus & robur Macedonum? Extincto Alexandro contabuit. Periit Tyriorum colonia,

gloriæ Romanæ æmula Carthago, cui in Lybia paruerunt trecentæ urbes. Interiit Græciæ Muſæum literis & literatis affluens, Reſpub. Athenienſis. Concidit Chaldæorum metropolis Babylon, cujus ambitum ad duodecim milliaria extenſum fuiſſe memorat Plinius. Quoniam autem Rerumpub. ſive converſiones ſive everſiones iſtiuſmodi non ſatis eſt more Heraclitæo deflere, ſed inſuper in cauſas earundem diligentius oportet inquirere; ſi fortè, hiſce cognitis, mutationi vel imminenti occurrere vel factæ mederi liceat: meditationes meas, quas nunc in lucem prodire patior, in hoc totum ſedulò direxi. Multa ſanè in hunc libellum ex varijs Hiſtoricis, ijſque optimis congeſſi; quorum nomina ſi recenſere vellem catalogum nimis fortaſsè locupletem Lectori obtruderem. Nam autoritate mea vix quicquam effectum iri judicavi in materia præſertim civili, quæ etiam inductione exemplorum declaranda eſt potius, quàm ſubtilitate argumen-

mentorum torquenda. Interim tamen colligendi, diſponendi & dirigendi operam jure meo mihiipſi vendico. Et quia legum Poeticarum rigore illo, qui in Poeſi mixturam lingvarum prohibet nequaquam heic nos coerceri patimur, nunc Gallicum aliquod proverbium nunc Italicum Latino contextui non dubitavi inſerere; certò mihi perſuadens, Gallico, ut & Italico idiomati ſuam lucem eſſe, ſuam vim, ſuam gratiam; quæ, ubi diſcurſum politicum illuſtrare conamur, minimè negligenda; quum ipſa quoque ſermonis varietas lectioni ſuavitatem aliqualem conciliet, animoque Lectoris tædij pruritum, ſi quis fortè inter legendum ſuboriatur, leniter pellet. Nolui autem in hac commentatione mea extra oleas, quod dicitur, facilè vagari; ſed intra certos limites ſollicitè me continui: ſatius eſſe ratus, pauca quædam in rem, quàm præter illam, multa congerere. Et ne hiulca redderetur oratio, ab allegationibus nimis quàm uſitatis hodiè, quoad ejus fie-

ri potuit prodens abſtinui. Atque hunc laborem meum quum viris doctis rectoque ſentientibus non diſplicere intelligerem, publici juris faciendum exiſtimavi. Te autem, Lector candide & benevole, in judicando ſortis mecum tibi communis memorem futurum ſpero, præſertim quum non ſis neſcius, omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare aut decipi, divinitatis potius eſſe quam mortalitatis. Vale & fave.

Petrus Nicolai Gelſtrupius,
Log. P. P.

AUTO-

AUTOR LIBRUM ALLOQUITUR.

I Liber, & Momi rictum contemne, tuumq;
Ne pateat obvenerſus labiter auſpicium,
Vulgus edax nihil edere quit, niſi quod male coctum:
Te tamen & flores rodet edetq; tuos.
Durato & rebus temet ſervato ſecundis:
Fervidus oſores vindiciæ ardor edet.

TRIFOLII POLITICI

THEMA I.

In quo de Reipub. natura & ſpeciebus potiſſimum agitur.

CAPUT I.

De Repub. in genere.

IN naturam Reipublicæ, quæ nobis eſt hominum rerumque civilium, Magiſtratus Politici imperio legitimo ſubjecta, communitas, quicunq; accuratius voluerint inquirere, iïs ante omnia diſpiciendum venit, cui potiſſimum initio primordia communitatis hujusmodi tuto aſcribere liceat. Non deſunt ſcriptores Politici, quorum calculus, paulo alienior, vi & imperandi cupiditati pri-

primum vitæ tribuendum urget, ſtatuendū [illegible] hominum, priuſquam [illegible] Mun- [illegible] & latrocinijs operam dediſſe fuiſſe, nihil enim tempo- [illegible] imperaſ- [illegible] ac ambitionibus jugum ſervitutis imponere. Foret autem longè alius communem ſapientum aſſertio, quâ ſunt hæc [illegible], per- ſtat, quod aurea illa ſecula, quo prius à primævo Mundi origine abſcederent homines, eò maiori alacritate ſtudio probitatis & juſtitiæq; incubuerunt. Atq; Rempub. primitùs hinc ſurrexiſſe autumant, quod ubi impendio creviſſet hominum avaritia, hac, veluti fomite, quodam & incitamento, ad arma [illegible] ſunda, proruperint, aliiq; eripuerint plenā illam, liberè vivendi poteſtatem. Sed quis nulli, quod non habet, eripiet? Quis ſeculis ſi tam laxam vivendi licentiam facilè aſſeribet? Licet enim hominibus non ſemper fuerint expreſſæ poſitivæ ſcriptæ Leges monumentis, tamen nunquam defuerunt Leges naturales, ad quarum obſervationem etiam

ant-

antequam ulla exſiſteret Reſpub. civilis perpetuo ſe obligatos eſſe perſenſerunt. Imperium ſi vel largiremur quod ab illis illi qui tantoperè urgeretur, inde tamen aliud non obtinuerint, quam acquiſitionem ipſius imperij (quod accurate ab ipſa Reipub. diſcernendum eſt) ex violentia quandoq; avaritia, & dominandi libidine proveniſſe.

Verùm, ut paulo altius rem repetamus, Deus opt. max. qui primos parentes noſtros modo ad miraculum ſtupendo creavit, voluitq; ut ex eorum ſanguine propagaretur humanum genus, & ſic primum familiæ, hinc Reſpub. diverſæ exſurgerent, primus & ſummus Reipub. fundator agnoſcitur meritiſſimò. Idcircò etiam pulcherrimum hoc Mundi theatrum ſic diſpoſuit ſapientiſſimus ille architectus, ut eo ipſo expreſſa optimæ perfectæq; Reipub. imago repræſentaretur humano generi. Ut enim in hoc excellentiſſimo opificio continetur Reſpub. univerſalis, ſocietas nimirum creaturarū omnium (excluſâ tantiſper civitate Diaboli) tum viſibilium tum inviſibilium, ſolius Dei tanquam Monarchæ ſupremi imperio paterno ſubjectæ,

Et a,

ſta, inquam, ad harmoniam univerſi ſumma viget concordia totum, ſummaq; bonorum caret ipſo eſt commodo, legum optimarum obſervatio & ad finem ultimum directio: ſic quoq; Remp. hanc particularem atq; civilem exemplum & figuram univerſalis illius eſſe oportet. Et quamquam in magna illa Reipub. mundana, in qua Deus creaturas ampli ſapientia moderatur ac dirigit, multa variam noſtra videntur confuſa, multa horrida & aſpera: ea tamen nos cum Damaſceno debet mirari, laudare, & abſq; inquiſitione ſcrupuloſa acceptare; quum incomprehenſibilis ſit divina providentia, adeo ut etiam nix, grando & glacies faciant voluntatem Dei, ac proinde tempeſtatum, quæ nobis videtur, inconſtantia certa arguat ejuſmodi quoque concordinem, divino ſub lumen imperio, latere nos poſſit, quam univerſitatis deeſſe naturæ, ut graviter alicubi loquitur Auguſtinus.

Deinde, quia homines naturali inſtinctu & inclinatione ad ſocietatem civilem colendam, ut hodie propendent, ſic olim atque propendebant, quaſi per tranſitionem

gravé

prævidentes, quæ indè hauriri tandem poſſet utilitas vitæq; commoditas: exiſtit in idipſum mutuus certorum hominum conſenſus; ut poſtquàm propagatione familiarum gaviſi, à conſvetudine & convictu domeſticorum progreſſi eſſent longius, & familiæ porrò quaſi in orbem latiſſimum à centro ſuo diſceſſiſſent, fieret jam denuò ad vitam civilem concurſus, omniumq; ac ſingulorum erga totum corpus politicum ad invicem pangeretur obligatio. Homo namque, ut docuit nos Ariſtoteles, eſt animal naturâ politicum, & quidem ſociale magis, quàm grus, apis, formica, aut aliud quodvis animal ad ſocietatem propenſum. Neq; n. in hominibus quiſquã eſt tantis naturæ præſidijs munitus, ut ipſe ſibi ad benè beateq; vivendum ſufficiat: nam & conſilio aliorum indiget & auxilio; ideoq; ut ſubſidium quoq; ejusmodi ſibi conſequi, homo humanæ appetens eſt ſocietatis, cujus fruendæ gratia eximium illud rationis & orationis munus tributum eſt illi divinitùs. Unde ſi quis fortè inveniatur, qui ſibi ſic ipſe ſufficiat, ut aliorum prorſus non indigeat ſubſidio, ac idcircò à ſocietate civili abhor-

horreat, Deum quendam hunc eſſe dixeris: ſin autem ea ſit ingenij auſteritate, ut communitatem humanam negligat, beſtiam pronunciaueris. Et quem quæſo ad honeſtam ac tranquillam ſocietatem ciuilem amplexandam [illegible] ille, qui hanc exſpectat [illegible] ſermonis? Hic enim licet ea non ſemper adſit ſpecioſa diuitiarum copia, tamen bonā [illegible] confertur [illegible], ſiquidem perpetuo ſibi [illegible] inſtinctu vocat [illegible] bilem virtutis ſuppellectilem, eiusq; ipſi gaudet aſſidue, nec quicquam vigere juſtitia in foro, & religionis flore in [illegible] agnoſcat animum. Habet ut conſtetur Reſpub. corpus, [illegible] ex ipſo populo, ſeu varijs hominum ordinibus communiter ſalutis cauſa conſociatis: [illegible] ex rebus [illegible] ſeu copia & multitudine bonorum publicorum, quæ ad ſocietatem ciuilem cum [illegible] fundandam, tum feliciter conſeruandā pertinent. Atq; huic autem accedat, oportet, legitima, diſtincta, & harmonica ſingularum partium communitatis huiuſce coordinatio, & ad [illegible] corpus ciuile reductio: qua data, ipſa Reſpub. pulcherrime ponitur.

Jam

Jam equidem non poſſum, quin ab ijs diſſentiam doctoribus, qui differentias Rerumpub. deſumunt ex accidentalibus quibusdam & caſu advenientibus, ſtatuendo de forma Ariſtocratica præcipuè & Democratica, quod ratione paupertatis potiſſimum ac divitiarum diſtingui debeant. Nam quum nihil magis deceat Philoſophum, quam amor veritatis, & moderata judicandi libertas, nihilq; turpius ſit quam rerum omnium dominatorem intellectum humanum facere ſervum alienæ opinionis, pluraq; auctoritati aliorum, quam veritati tribuere: hei certè religio nobis non erit, in rem ipſam, omni affectu ſepoſito, accuratius inquirere. Si enim iſtud, quod jam dixi, iis largiremur, brevi multas habituri eſſemus Rerumpub. myriadas, quùm accidentalia ejusmodi varientur quotidie ac immutentur. Hoc quoq; ex aſſertione iſta abſurdum reſultabit: Statum Democraticum ſpecie non differre à Monarchico & Ariſtocratico. Neq; eorum admittenda eſt diviſio, qui Rempub. in pagum & urbem diſpeſcunt. Pagus enim & urbs haudquaquam ſunt Reipub. ſpecies, ſed partes tan-

tum

tum ſtans materia, ex qua coaleſcit corpus ci-
vile, quum adhæc populi, de quibus jam ſer-
monem, reſpexerit. Et quanquam non,
inique diſtinguitur Reſpub. in ſimplicem,
cumq; vel Monarchicam vel Polyarchicam,
& compoſitam, quæ ex Rebuſpub. ſimplicium
coaluit: tamen communior adhuc cenſetur
diviſionem, quæ ex numero imperantium ſu-
[illegible] diſtinguuntur
[illegible] vel plures,
[illegible] plures: manifeſtum eſt, Rempub.
vel Monarchicam eſſe, cujus imperium Mo-
narchia dicitur, vel Ariſtocraticam quæ Ari-
ſtocratia regitur, vel denique Democraticam,
quæ Democratia gubernatur. Atq; hic ja-
tamen diſtinguendum cenſemus inter Rem-
pub. ipſam, & quo illa adminiſtratur, impe-
rium. Ut ſunt primæ Reipub. ſpecies dicta-
bus Monarchica ſit duæ poſteriores com-
muni nomine Polyarchicæ vocari poſſunt. De-
fectus [illegible] vitiatæ ſunt, Tyrannis, O-
ligarchia & [illegible] diſtinctas Rerum-
pub. ſpecies non conſtituunt. Quocirca de
juſtis Rerumpub. ſpeciebus primum agemus &
deinde earum ac [illegible] corruptionem,

cujus ſtatum cauſas rimari, tum remedia eidem adhibenda perſcrutari conabimur.

CAPUT II.

De Repub. Monarchica & Monarchia.

QUod Rempub. Monarchicam ſuadeat natura ipſa, vel apum & gruum exemplo confirmari poteſt. Eſt autem hæc intima Reipub. Monarchicæ ratio, quod inibi propriè penes unum, non plures, reſidere debeat ſumma dominandi poteſtas, quam Monarchiam vocant. Hæc enim nihil aliud eſt, quam imperium civile ac ſummum, quod ab uno homine ſecundum naturæ ac rectæ rationis normam ad commune Reipub. commodum geritur. Ideoq; requiritur omninò, ut quicunq; Princeps in Rempub. hujuſmodi, ſive electione ſive hereditariâ

tariâ

rariâ ſucceſſione ſecreti, imperandi poteſtatem uni referens, ſicut bonus, ſerus, ac prudens, cujus auctoritati reſiſtere nefas fuerit. Quod ſi duo conſtituantur Reges jam probemus ſimul, quo quid ferme nihil infirmius cogitari poteſt, nihil infelicius. In hoc Romulus Tatio mortem intulit; in hoc ... des Raſſeanorum Imperator à ſuis in Regni ſocietatem aſſumptus occiſus eſt; in hac Domitianus Titum Veſpaſianum dictum ſepelivit; hac denique Antoninus Baſſianus Caracalla Getam fratrem necavit. Unum ideo neceſſarium eſt ad Rempub. Monarchiam feliciter adminiſtrandam, imò ad ipſam eius vitæ conſtituendam, ut unus rerum potiatur, quandoquidem regna ſocium ferre nequeant. Et certe in principatu multorum ad æmulationem, invidiam, rixas & contentiones admodùm proclivis eſt commeſſio: Idcirco ut in facultatibus animæ noſtræ dominatur ratio, cor in membris præcellit, Deus in univerſo Mundo imperium tenet convenientiſſimè; ita ſolus Rex, aut Monarcha alius, commodiſſimè in regno primas obtinet.

Quid quod Monarchia, ſi per ſe & abſolutè conſideretur, ſine reſpectu incidentium imbecillitatum humanarum, aliarumque circumſtantiarum, Polyarchiæ cuivis longè præferre debet? Etſi enim non permittit imbecillitas humana, ut unus reperiatur perpetuo, qui cæteris omnibus, ſuper quos conſtitutus eſt, virtute præſtet: hoc tamen præſtantiæ imperij Monarchici nihil derogat. Nam in Monarchia ſpectamus Principem non tam ut unum aliquem hominem ſingularem, qui variis expoſitus ſit infirmitatibus & defectibus, quàm ut publicam totius Reip. perſonam, & Magiſtratum ſummum, qui non duobus ſolum oculis, auribus duabus, totidemque manibus & pedibus inſtructus ſit, ſed longe lateque viſum ſuum & auditum diffundat, omnia perſentiſcat, comprehendat & pervadat omnia, non quidem per ſe & immediatè, ſed adjumento prudentum bonorumque virorum, conſiliariorum, officiariorum, & magiſtratuum inferiorum, quos ſibi tanquam oculos, aures, manus & pedes addictos habet: ut forte Soli quoque rectè comparari poſſit, qui licet totum Mundum illuſtret, id tamen munere

pera

parte parte luce proprii non eſſet, ſed & quæri-
tur ſuper hominis operam & eadlorum, quia
luce ſpatii plagæ terræ omnes ac ſingulos col-
luſtrant. Quo autem Princeps, qui & ipſe
met probitate prudentiaq; excellit, & pru-
dentibus bonisq; ſtipatus eſt conſiliariis, ma-
jorem virtutis theſaurum reperies, nec pro-
miſcuo diverſo, quam in aliis propè innumer-
is. In Sole namque major lucis vis & efficacia
elucet, quàm in numeroſa aliarum quam-
plurium ſtellarum multitudine. Nec ulla Po-
lyarchia, atque exinde ſtabilis eſſe poterit, ni-
ſi ad unitatem reducatur, ac proinde certo
quodam modo ſimilem illi monarchiæ acce-
dat. In prudenti conſilio in ſua illa gratio-
ra Repub. Ariſtocratica obſervandum cenſu-
erunt veteres, in qua licet penes optimates ſit
imperium, tamen ſorte Principem eligunt,
cui rerum ſumma præſidens, quo felicius
in hac quaſi unitate ſervari poſſit Reipub. a-
nima.

Quamvis autem Monarchia ſi no-
mini ſtrictius quantumcunq; ſignificet impe-
rium civile: vulgò tamen per eam intelligi-
tur imperium in Mundo ſummum, à Daniele

 prophe-

præfiguratam, quod Deus præcipuè potentiâ instruxit, & dignitate ſingulari ornavit, ita ut cætera imperia omnia ad illud tanquam eminentiſſimum reſpiciant. Recenſentur hujuſmodi Monarchiæ quatuor, ut ſunt, Aſſyriaca ſeu Chaldaica, Perſica, Græca, & Romana. Earum omnium adumbrationem propheticam exhibet liber Danielis, partim ubi ſtatua quadripartita proponitur, partim ubi quatuor diverſæ beſtiæ deſcribuntur.

Quanta fuerit majeſtas Monarchiæ Aſſyriacæ, cujus initium circa annum à Mundo condito milleſimum ſeptingenteſimum vigeſimum ſecundum videtur extitiſſe, vel hinc conſpicitur, quòd imperium iſtud ſtatuæ capiti aureo confertur. Nam ut caput ſumma eſt corporis pars & ſpectatiſſima: ita hæc Monarchiarum prima eſt & ſumma. Aurea autem dicitur ſuam ob nobilitatem quâ cæteris præfulgebat omnibus. Aſſimilatur quoq; leoni, ob generoſos & heroicè animi magnitudine præſtantes Monarchas, qualis erat, non ſolùm Nabuchodonoſor, ſed etiam ante illum Nimrodus, Ninus, adeoq; Semiramis illa, quæ in corpore fœmineo a-

nimum

annorum plus quam viginti geſsit. Quod autem varias mutationes in hoc imperium inciderint, liquidò patebit, ſiue familiarum diuerſitatem, ſiue politiæ formas reſpicere libeat. Natus eſt tragicus Sardanapali exitus, qui, ut nonnulli rationem putant, in annum huiuſce imperii 1360. incidit, quo tempore ipſe Sardanapalus ab Arbace Medorum præfecto victus eſt, & de ſolio deturbatus. Vnde Arbaces, rebellionis iſtius ſocio Beleſi præfectura Babylonis & Aſſyriæ commendata, in Medos ipſe profectus eſt. Atque ita inter Aſſyrios & Medos diſpeſcitur imperii moles. Babylonia tandem efflorescit nouis factis demumque, modo omninò defloreſcit Aſſyriorum priorum vigore: prodit poſtmodum Nabuchodonoſor, qui quanta fuerit potentia, oſtendit Daniel, pronuncians eum Regem Regum, Deumque omnia, in quibus habitant filii hominum, dedit manui eius ſubiecisse aſſeuerans. Comparatur enim hic Monarcha cum arbore, quæ ad cælum uſque pertingeret, quæ totum orbem terrarum velut obumbraret, cuius folia ſint longè pulcherrima, & fructus omnium uberrimi, quæ foueantur & pingueſcant quicquid eſt animalium; cuius

[illegible] atq; tamen omne genus [illegible] & quieſcet. Etenim hic Rex fortitudine, felicitate, & potentia præcedentes Reges ſuperavit omnes. Sed translatum eſt huius imperii ſummum ad Perſas, quando [illegible] poſt Nabuchodonoſorem [illegible] [illegible] Cyrus.

[illegible] Cyrus, qui circa annum Mundi [illegible] in Perſia regnare cœpit, regno plurima ſubegiſſet, [illegible] Babylonem. Regem Darium Medum ſubſequentem, atq; hanc Monarchiam ſecundam erexit. Hæc in ſtatua, quam deſcripſit Daniel, conſideratur pectore & brachiis, ob quod duo regna, Medorum ſcilicet & Perſarum, ſunt [illegible]. Et quidem argenteum [illegible] pectus, ad ſignificandas regum hujus divitias. Teſtatur enim ſacra ſcriptura, quod [illegible] Perſici regni Principes Regi Aſſuero pependerint 10000. talenta. Author eſt [illegible] Alexandrum Magnum, Suſis captis, in theſauris regiis, argenti & auri [illegible] [illegible] talenta, & [illegible] aurei ſignati. Curtius [illegible] Perſepolis incredibilem pecuniæ [illegible]

de-

[illegible] eſſe [illegible]. Nationes [illegible] [illegible] [illegible] & capta [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] quaſi [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible], Cyrum [illegible] Aſiæ [illegible] [illegible] (quæ Oriens [illegible] regnum Babylonicum [illegible], ſed [illegible] [illegible] [illegible]: & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] multitudinem. [illegible] de Cyro [illegible] ad Thomyrin [illegible] [illegible] [illegible]Σ. Neque ſilent hiſtoriæ, [illegible] [illegible] Cambyſes, Darius, & Xerxes geſſerint. Conſtat, [illegible] hac Monarchia [illegible], qui [illegible] [illegible], non quidem ad Orientem, [illegible] [illegible] Perſia, ſed ad occidentem, Aquilonem, & Meridiem. Occidentem [illegible], ſubjugando Syriam, Palæſtinam, Babyloniam. Aquilonem [illegible] [illegible] Scythas [illegible]. Meridiem [illegible], ubi Ægyptum Cambyſes ſub-

jugum redigit, & rebellem poſtmodum Ægy-
ptum rurſus imperio ſubjicit. Hujus autem
tam bellicoſæ, tam potentis Monarchiæ finis
incidit in Darium ultimum, qui Juſtino Co-
domannus appellatur. Hic enim devictus eſt
ab Alexandro Magno, imperio exutus, & in
fuga trucidatus a ſuis. Firmo tamen quidem vi-
et non poſſe reſiſtere, omni apud Aſiaticos di-
ſtinctus ſuccubuit: Nam Alexander immenſam
pecuniam, quæ ex Darij ſatrapiis propo-
ſita poſſet maxime, ſtatim pendens, ... ſui
quidem parte ablata contentus eſt. Verum
De ſplendore, luxu, & delitiis Darij narra-
tiones varias ſuppeditant ſcriptores, ſolem
multi facientes, quod is in caſtris etiam habu-
erit omnis generis coquos, cupediarum ſtu-
dioſos, unguentorum artifices, vela ... con-
quireretur, aliaque hujus farinæ ſimilia, ut
quid effrenatæ voluptatis prodant in delitiis
... eſſe. Cumque vero, tempore hujus Da-
rii, ſumma delitiarum Regum Perſarum producere
fuiſſe ſcribit Chares Mitylenæus, ut ad cu-
biculi regij cancellos unum eſſet, parietem
intermedio obſtructum, ea magnitudine,
quinquaginta lectos caperet, in quo ſemper reſer-
varentur talenta auri quinquies mille. Alte-
conclave

conclave cervical regium appellabatur. cui ex adverſo cubili parte reſpondebat aliud conclave trium lectorum capax, dictum ſuppedaneum Regis ſcamnum, in quo argenti talentorum tria millia condebantur. At in ipſo cubiculo regio vitis erat aurea, gemmis inſuper incluſis complectens: eoq; viridi pergula regio cubili obumbrabatur. Narrat autem Amyntas prædictus Xerxem penſilem habuiſſe, ex lapillis pretioſiſſimis compoſitam: nec procul ab ea craterem aureum collocari ſolitum Theodori Samij opificio nobilem. Uſque adeo id genus deliciis diffluxerat. Darius ille, qui cùm in fugam conjectus aquam cadaveribus inquinatam bibiſſet, negabat unquam ſe bibiſſe jucundius: neq; enim ſitim ullam antea ſenſerat. Alexandro igitur debetur ea quæ Græcorum eſt Monarchia conſtituta ſtabilita. Comparatur autem hæc Monarchia, & in ea Alexander potiſſimum, pardo alato, ob admirandam in rebus gerendis celeritatem. Nā ſpatio annorum duodecim univerſum propè terrarum orbem ſuam in ditionem perduxit: unde etiam caper, hirco aſſimulatur, qui rapidiſſime quaſi volans procurrens terram non contingat; & quidem ab occidente,

Gratia

[illegible] Aſiæ ad D[illegible] [illegible] ſit [illegible] ſolemnitatem faciat [illegible] fiunt per diu [illegible] admodum pulchr[illegible] [illegible] varietatem, & quaſi [illegible] habet, unde qui illum aſpiciunt, afficiuntur voluptate: Ita in Alexandro Magno conju[illegible]ctæ fuerunt multæ virtutes, quarum [illegible] [illegible] viri vix fuere ſinguli. Erat n. [illegible] Achilles, caſtus ut Agamemnon, pius ut Di[illegible]des, magnanimus ut Cyrus, Sagax ut Them[illegible]ſtocles, peritus ut pater Philippus. [illegible] tamen hæ virtutes non fuerunt puræ [illegible] ſed [illegible] coloratæ malis [illegible] Nam quemadmodum pardus animal [illegible] [illegible] & [illegible] capitum [illegible] [illegible] ex quo primâ luce bibere [illegible] aut in alio loco [illegible], vinum [illegible] & [illegible] [illegible] fundit; ideoq; ubi pardus [illegible] qui [illegible] [illegible] accedit, aut [illegible] vinum ex [illegible] [illegible], [illegible] vino accenditur [illegible] nis, Venere ſomnoq; corripitur, atq; ita [illegible] [illegible] capitur:) Ita quoq; Alexander & [illegible] [illegible] erat vini, & ebrius multa [illegible] mittebat deteſtanda. Sæpius tamen [illegible] [illegible] pardum [illegible] [illegible]

rei. Certamina publica [illegible] inſtituebat, & victoribus diſtribuebat præmia. Tantam ſcilicet jam mutationem ſubiit Alexander, ut qui totum ferme terrarum orbem vicerat, omnemque [illegible] ſpreverat, & initio egregiæ continentiæ ſpecimina ediderat, ſuam etiam nec libidini [illegible] potandique voluptatem [illegible] potuerit. [illegible] hoc [illegible] poſſunt comparatione [illegible] D. D. [illegible] Franc. [illegible] 94. 95. 96. 97. 98.

Cæterum etiam [illegible] Græcorum [illegible] propter intemperantiam [illegible] Alexandrum [illegible] referens, ſive ad [illegible] & [illegible] Regum ſubſequentium [illegible] Eſt enim Alexander primis annis, quum Ariſtotele [illegible] ut ſumma erat ingenii felicitate, ita & modeſtia ſingulari; tamen ubi Rex appellatus eſt, ab indole ſua paulatim degeneraſſe, ſuperbiaque ac immoderatis cupiditatum [illegible] frena laxaſſe perhibetur: quippe [illegible] videbatur 360. concubinarum in aulam introducere, & honores ſuper

per homines depoſcere. Demades enim, quum Alexander per literas petiiſſet, ut decreto Lacedæmoniorum in numerum Deorum referretur, concedamus, inquit, Alexandro, ut, ſi is vult, Deus vocetur. Quâ voce irriſit ſtultam Principis ambitionem, qui putaverit ab iis poſſe creari Deos, qui ipſi nihil aliud eſſent, quàm miſeri mortales. Peculiariter autem Alexander ipſe ſignificatur per inſigne cornu in fronte hirci: hoc enim exſertis verbis apud Danielem c. 8. Regi primo Græcorum aſſignatum eſt. Tribuitur ei imperium univerſæ terræ, Dan. 3. & 2. quò reſpiciens Iuſtinus incertum eſſe pronunciavit, utrum admirabilius ſit, Alexandrum viciſſe orbem, an vincere aggreſſum eſſe. Adeò enim totum terrarum orbem nominis Alexandri terror invaſerat, ut cunctæ nationes veluti deſtinato ſibi Regi adulatæ fuerint. Hac igitur de cauſa in Babyloniam feſtinavit, tanquam cõventum orbis terrarum celebraturus.

Ventri autem, Dan. c. 2. comparatur hoc Græcorum imperium, ad ſignificandam Alexandri helluationem & luxuriam, & quidem æneo, quod ut æs corpus eſt tinnitum ac ſonorum, ſic fama ejus ejusq; rerum geſtarum gloria

(unde

(unde Magnus cognomen ſortitus eſt) [illegible] penè ig[illegible] ſubjugare totum terrarum orbem per[illegible], adeò ut ſolo Alexandri nomine gentes quæq; tremendiſsime horruerint.

Quatuor autem capita pardi, ut & hirco cornua quatuor ideo attribuuntur, quod defuncto Alexandro quatuor regna principalia ex [illegible] ſuo imperio, [illegible] Syriacum, Ægyptiacum, Macedonicum, Aſiaticum, teſte Polybio lib. 5. Alexander enim [illegible] inter[illegible] potu ſtygio & lethifero, regna inter Duces ſuos diſtribuit. Nam [illegible] fere reges reliquit, quos conſiſtentes [illegible] habuit: Seleucum Syriæ, Ptolemæum Ægypti, Antipatrum Macedoniæ, Antigonum Aſiæ. Etſi enim non deſunt Hiſtorici, qui plures [illegible] numerum [illegible] reſpondentes numerant: [illegible] quatuor illos præ[illegible] reliquos omnes poſtponendos eſſe, quibus [illegible] tandem bellis [illegible] [illegible] paulatim [illegible] fuerint. Debetur eſt quidē initio ſummum imperium [illegible] credimus, ad Aridæū fratrem Alexandri, [illegible] adminiſtrator additus eſt [illegible]: nihilominus tamen occiſo Aridæo [illegible] ſibi titulum regium [illegible] ca[illegible], ſicuti hujus [illegible] Hiſtoria ſatis [illegible].

Dan

Dum hæc augerentur, mirum quàm recipit potentia urbis Romæ, quæ progreſſu temporis regna illa omnia in ſuam redegit poteſtatem. Victo enim Antiocho Magno ſubjugavit Aſiam minorem: victo Perſeo Macedoniam occupavit. Hinc per Pompejum de Tigrane reportatâ victoriâ Syriam adjunxit: & Ægyptum eandem, operâ Julij Cæſaris, debellato Rege Ptolemæo Dionyſio, quum tamen ſorori ejus Cleopatræ regnum concederetur, donec Octavianus Auguſtus Ægyptum, devictâ cum Cleopatra Antonio, in provinciæ formam redegerit.

Atq; tali revolutione à Romanis erigitur Monarchia quarta, apud Danielem, ab imagine beſtiæ ferociſſimæ deſcripta, quæ dentibus ferreis omnia devoret atq; comminuat, & reliquum pedibus conculcet, quæq; à præcedentibus omnibus planè diverſa ſit. Cauſa verò, cur huic beſtiæ, Dan. 7. nec nomen ullum, nec certa ſpecies aſſignetur, multiplicem politiæ Romanæ formam, variasq; ejus mutationes arguit.

Ad potentiam autem & divitias imperii Romani quod attinet, priora omnia mul-

tum

*xis poſt ſe paraſangis reliquit: nam longè an-
te quàm Monarchiam imperium aſſecuti
ſunt Romani, cæteris populis formidabiles eſſe
cœperunt.*

*Quæ autem huic Imperio ferociæ tribu-
itur & truculentia, ea videtur non tantùm
ad dominandi cupiditatem referenda eſſe,
verùm etiam ad numeroſas illas & immanes
perſecutiones, quas Eccleſiæ Filij Dei ſub Im-
peratoribus Ethnicis ſubire uſu venit. Nam
inde à reſurrectione Chriſti ad tempus uſq;
Conſtantini Magni per annos ferè trecentos,
qui Chriſtum profitebantur, variè fuerunt
afflicti, & perſecutionibus miſere exagitati.
Quin etiam per Monarchiam Romanam
plus ſanguinis in acie militari, quàm per ul-
lam aliam, effuſum eſt: quippe quæ tam fe-
rox erat & terribilis, ut legem aliquando fe-
cerit, triumphum nemini, ſive Conſuli, ſive
Duci, ſive Dictatori decernendū eſſe, niſi qui
ex hoſtibus mille quinq; in prælio trucidaſſet.*

*Præſentā Monarchia Romana, Dan.
2. ubi ferreo comparatur. Ut enim ferrum
omnia domat & comminuit: Sic Romano-
rum potentia, domitis & attritis omnibus,*

 domi-

dominium ſuum extendit per quaſvis terræ plagas, non ſolùm intra columnas Herculis, ſed etiam remotius ferveſcentis Oceani undis, primaque ſola, poſt hominum memoriam, Ortum & Occaſum terminos imperii ſui poſuit, auſa etiam imperium ſibi ſumere; dominium emulatur in terra conſtanter obtinuit: nec eſt ulla gens, ut ſic dicam, quæ tam vim agnoverit univerſorum dominam, aut detrectarit ejus imperium, ſicut ferme loquitur Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 1.

Aſſimilatur denique pedibus partim ferreis, partim fictilibus, quod diviſum aliquando debet futurum imperium. Ut enim pes corporis humani finditur in digitos: Sic imperium Romanum, ubi conſtiterit aliquandiu ferreis cruribus firmiter innixum, totumque terrarum orbem amplexu ſuo comprehenderit, deſinet in digitos, & ingens illa moles diſſolutionem ſubibit. Hoc an evenerit, nec ne, ſatis ſuperque res ipſa loquitur, tum in diviſione imperii in Orientem & Occidentem, tum in defectione nationum plurimarum. Sunt autem digiti pedum ex parte ferrei, ex parte fictiles, quod modò major, modò minor imperii futura

futura potentia. Facta eſt ſcilicet à barbaris hoſtibus irruptiones, temporibus Theodoſii, & ſequentibus, quando diverſi barbarorum populi partem [illegible] ſibi ſervant, regnum fundarunt, ut Vandalorum, Hunnorum, Alanorum, Gothorum, Longobardorum, Saracenorum, aliorumque hujus farinæ hominum, qui licet expreſſi ſæpius fuerint, tamen verò etiam quandam eorum [illegible] ſunt delere, [illegible] tamen illa dilaceratum imperii, uſque dum Oriente ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis deſerto, Carolus Magnus bonam iterum partem disjecti imperii quaſi in faſciculum retraxit, & in Germania Dynaſtian erexit, cui poſtea in imperio multi Heroes fortitudine juxta & felicitate clari ſeſe aſſociarunt, qui tamen diſjectum dominium priſtino flori, priſtinoque ſtatui haud quaquam potuerunt reſtituere.

Eo autem ad incitas redactum jam eſt imperium, ut tamen quamvis ferrea ſit planta pedis, permanebit ejus firmamentum, & ſanè ſuperest [illegible] quod remanente adhuc noviſſimi progreſſo frangere aut delere poterit: cujus rei habemus quoque dies non obſcura præbet indicia.

Durant igitur etiamnum & durabunt, donec Chriſtus adventu ſuo ultimo reverſurus eſt, cum exiſtimatione Cæſareo conjunctæ reliquiæ Romani Imperij, licèt hodie Germaniæ limitibus incluſæ ſint.

Cæterùm prima hujus Monarchiæ mutatio ponderoſior in tempora Conſtantini Magni incidit, qui circa annum æræ Chriſtianæ 307, Imperator creatus, pacem poſtmodùm per totum terrarum orbem reſtituit Eccleſiæ, eamq́; à perſecutionum jugo feliciter reſpirare fecit, & ſedem imperij Conſtantinopolim tranſtulit: poſt cujus ex hac vita exitum, primam imperij diviſionem inter filios ejus factam eſſe conſtat; ut filio Conſtantino obtigerit pars Alpium, Gallia, Hiſpania, Britannia, Orcades, Hibernia, Thyle; Conſtanti Italia, Africa cum inſulis, Illyricum, Macedonia, Achaia, Peloponneſus, Græcia; Conſtantio deniq́; Aſia & Thracia. Poſtea ſub Iuſtiniano, qui anno Chriſti 527, imperare cœpit, factus eſt finis Conſulum Romanorum, jurisq́; civilis promulgatio. Hinc dividitur Monarchia inter filios Theodoſii: nec multò poſt in Auguſtulo finem habuit imperium

imperium occidentale, anno scribit Christi 476. Nec deinceps defuerunt mutationes inſignes, ita tamen ut occidentale Germanorum imperium, quod à Carolo Magno quaſi in pedes denuò erectū fuit, etiamnū perduret. Orientale autem Græcorum, an. Chriſti 1453. expugnatâ à Turcis captaq; Conſtantinopoli, ſupereſſe deſiit. Ita igitur concidit arbor illa magna, cujus proceritas & eminentia fuit excellentiſſima, ſed radicitus non eſt evulſa. Radix ſolo tam firmiter infixa hæret, ut quantumvis exſucca ſit & arida, unde vix ulla ſpes propagationis augmentiq; ulterius eſſe videtur reſidua, ſit tamen naturæ ferreæ, quam nulla vis humana funditus evertet (neq; enim Monarchiam quintam erectum iri omnino convenienti aliquis ſtatuerit) donec illuxerit dies judicij extremi, quando ablatis omnibus Mundi jam ſeneſcentis principatibus, manifeſtè apparebit perpetuum illud regnum, cujus Monarcha erit Deus.

Hodiernum autem imperij Romani ſtatum quod attinet, eum neq; merè Ariſtocraticum, neq; purè Monarchicum, ſed ex Monarchia & Ariſtocratia contemperatum eſſe pa-

[illegible] majeſtate in Electores [illegible] tranſlata ſunt, nihilominus tamen ſumma pars majeſtatis in ipſo remanet Imperatore, cujus præcipuè reſpectu Monarcha agnoſcitur. Majeſtas quidem certè indiviſibilis eſt, non quanta tamen, ſed quæ ſumma fuerit & perfectiſſima. Quod autem inclinârit imperium à pura illa Monarchia ad ſtatum mixtum, vel [illegible] quod hodie certum habeat judicium, cum [illegible] poſſit, & reſpondere oportebit, quis, quæſo, inficiabitur, imperium in quo Imperator, quoad jura illa majeſtatis, de quibus proceres participant, integrum ſemiſſem retinet, ceu caput imperii, ſicut & quædam inſuper jura ſolus obtinet ac exercet, ex Monarchia & Ariſtocratia mixtum eſſe, & ad Monarchiam magis propendere, ac inde rectè denominari? Eſto igitur hodiernum imperium ex Monarchia & Ariſtocratia mixtum, ejus tamen denominatio à Monarchia, tanquam parte potiore, deſumitur. Eſt, inquam, imperium Romanũ Monar-

Monarchia vera, ſed non mera & abſoluta. Atq; hæc de Repub. Monarchica & Monarchia attuliſſe ſufficiat: jam de Monarchiæ defectu agendum.

CAPUT III.

De Tyrannide.

Qui tam latè extendunt Monarchiæ terminos, ut per eam ipſum intelligant, quod imperium ſummum Principis unius, ſive legitimum ſit, ſive illegitimū, hi ſuo quodam jure tribuunt eandem in Regnum, Dominatum, & Tyrannidem. Quæ tamen revera non producunt diſtincta & peculiares Rerumpub. Species, ſiquidem defectus accuratiſſimè à perfectione diſtinguendos eſſe conſtat. Fuiſſe autem antiquitùs appellationes iſtas Regis ac Domini diſtinctas, variis hiſtoriarum monumentis quaſi ad oculū demonſtrari poteſt. Sufficiat illud, quod ex Herodoto affert Bodinus lib. 2. c. 3. Cyrum Regis, Cambyſem Domini, Darium Mercatoris titulo à Perſis fuiſſe inſignitum. Nec obſcurum alicui eſſe poteſt, titulos Regis ac

Domini, ab animum quorundam imperantium faſtum, inſolentiam ac ſuperbiam, populo exoſas fuiſſe redditas. Hac de cauſa Lacones Legatum quendam ingenti pecuniæ ſummâ multârunt, eo quòd per incuriam & incogitantiam ſalicem nomen Regis uſurpaſſet, ut autor eſt Plutarchus in Apophth. Ad eundem modum graviter ſuſpectum fuit nomen Domini, ut ex Suetonio & Plutarcho notat Toloſanus lib. 6. c. 13. Et quis non offenderetur faſtuoſa & arrogantiâ, quâ Reges Perſarum, reges regum & dominorum domini appellari voluerunt? Veruntamen Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Quocirca ad rem propiùs ut accedamus, Regnum) quod aliàs à Monarchia non diſtinguitur) illud dicitur, in quo imperans ſecundùm Dei & naturæ præſcriptum ita præeſt ſubditis, ut eorum utilitatem ac ſalutem promovere maximoperè ſtudeat. Dominatus autem eſt imperium ejuſmodi, in quo ſalus quidem ſubditorum non omninò evertitur, præcipuè tamen utilitati gubernantis proſpicitur, ſubditorum commodis cæte-

nus

tenus poſthabitur. Tyrannis deniq; hæc eſt, quando omnia & ſingula ad unius, qui ſummam rerum tenet, nutum, voluntatem & commodum referuntur, ſubditorum ſalute non ſolum poſthabita, ſed neglecta quoq; & everſa.

Olim quidem odioſum non erat Tyranni nomen: tyrannus enim Regem denotabat antiquitùs. Quoniam autem vocabula in uſu valent ſicut nummi; & pro inſtituto hominum ſignificatio eorum immutari poteſt; idcircò ut hodiernus fert uſus, ita voces acceptari convenit.

Vt autem meliùs ac evidentiùs à regno ſeu principatu legitimo dignoſcatur Tyrannis, diſcrimina Tyranni & Regis ſeu principis boni, quæ à Bodino lib. 2. de Rep. c. 3. fusè explicantur, levi tantùm brachio attingere, breviterq; hic perſtringere, non fuerit alienum. Rex igitur ſeu bonus princeps utraq;, quod dicitur, ulnâ leges bonas amplexatur; tyrannus eaſdem proculcat. Ille religionem, juſtitiam, & fidem colit; hic impietate, injuſtitiâ, fraude & perjurio delectatur: ille omnia ſua ſtudia ad Reipub. ſalutem confert:

hic omnia utilitate [illegible] ſua metitur: ille cives ſuos locupletari gaudet; hic ex ſuorum [illegible] & domum ditare ſtudet: ille opes ſuas, civium eſſe putat, hic non bona [illegible], ſed etiam corpora civium ſua ducit: ille in aliorum [illegible] facilis, & ſui ſeveriſſimus cenſor; hic aliorum leviſſimas offenſas acerrimè perſequitur, ſibi verò indulget maximè: ille ſe ab alienis uxoribus continet, hic utriusque ſexus impudicitiâ exſultat: ille peccata ſua liberè argui & reprehendi gaudet; hic liberas linguas graves[que] perſonas extremè odit: ille cives mutuâ inter ſe amicitiâ & cum Repub. conjungit, hic odia ſerit & inimicitias, ut mutuis illi cædibus pereant, & proſcriptionibus fiſcum impleant: ille cives libenter aſpicere & ab iis viciſſim conſpici cupit, hic civium perinde ac hoſtium conſpectum reformidat: ille civium amore paſcitur, hic metu: ille pro civibus ſemper, hic cives metuit: ille nihil à civibus, niſi publica urget neceſſitas, exigit, hic civium ſanguinem ebibit, oſſa corrumpit, medullas etiam nudatis oſſibus exſugit, ut eos modis omnibus

bus occultare poteſt: ille vitam ſibi acerbam & inſuavem ducit, niſi ad eminentes dignitatis gradus optimum quemq; promoveat; hic ſummo odio [illegible] bona exhaurienda foveri ſolet: ille in Magiſtratum inferiorum liberalis eſt, ut à ſordibus & corruptelis immunes vivant; hic ſi Magiſtratum diſcere patitur, eo hoc fit, ut bona iſta poſtmodum ipſe ad ſe pertrahat: ille ſuas actiones & mores ponderibus legum examinat; hic leges ſuis metitur voluptatibus: ille vitam & ſanguinem pro ſalute civium, à quibus idcircò amatur & colitur, fundere non dubitat, hic cives pro ſe interire vult, ideoq; odium omnium ſibi conflat & invidiam: ille ab hoſtibus laceſſitus, ad ſubditorum opem & auxilium recurrit; hic bello peregrinos ſubditos effugit: & quæ ſunt id genus alia, quæ penitiùs evolvere [illegible]mus.

Hoc interim ſilentio non prætereundum, quod ſi opibus affluit tyrannus, iis ad explendam libidinis ſitim abutatur: ſi potentiâ eâdem pollet, hanc ad aliorum libertatem opprimendam transfert:

ſi

ſi gladiatorio corporis robore excellit, facinora quævis atrocia molitur, ſi ſcientia aut eloquentiæ facultate præſtat, imperitioribus quibuscunque retia inſidiarum tendit, omniaque ſacra profanis ineptè permiſcet. Atque hinc elucet longiſsime a Monarchia regali abire Tyrannidem.

Heic autem illorum removendus eſt error, qui de Tyranno indè judicium ſumendum eſſe autumant, quod regnet invito populo. Quæ ratio ſi obtineret, ſequeretur illegitimam illorum eſſe dominationem & tyrannicam, qui gentes bello expugnatas devictasque jure gentium poteſtati ſuæ ſubjecerunt. Quin imò exindè hoc reſultaret abſurdi, vix ullum unquam exſtitiſſe verum imperium Monarchicum. Quid enim? Nonne heros ille incomparabilis Alexander Magnus, qui totum fermè terrarum orbem ſub poteſtatem ſuam coëgit, verus Rex fuit? an vero horribili potiùs tyranni nomine deformandus? Et quis credat omnes gentes ab illo ſubactas libenter ejus ceſsiſſe imperio, ut ita ijs non quidem invitis, ſed faventibus regnare potuerit? De Cyro non dicam, qui Lydiorum etiam

tam Rex fuit, etiamſi ibi tenuerit faſces ſum-
erit: id quod ex aliquot eorum defectioni-
bus, quarum meminit Juſtinus lib. 1, mani-
feſtum eſt. Verùm Tyrannus hic eſt, qui poſt-
quam pervaſit imperium, ut nec ſingulari
intelligi aliquo eventu creatus, nec ſorte aſ-
ſcitus, nec legitimè electus, nec hereditario
jure, teſtamento aut bello juſto ingreſſus fue-
rit, libidini ac furori obtemperat, & paceſce-
ſtam religionem, poteſtatem Legum, judicio-
rum æquitatem, mores majorum, ſenatus
autoritatem, innocentiam ſubditorum nefa-
riè proculcat. Neq; illi hujuſce rei naturam
ſatis expendunt, qui ex uno aut altero tan-
tum vitio, quod cuilibet etiam privato homi-
ni competat, Tyrannum metiuntur: quùm
hic conſiderandus ſit potius ut perſona publi-
caque ſummâ poteſtate mediis illegitimis
arreptâ, ad commodum proprium acta ſua
& facta omnia refert, publico bono non ſo-
lùm neglecto, ſed & everſo. Sed interim quoq;
chamæleontis inſtar, modò hos modò illos co-
lores induit tyrannus. Nunc enim nefarios
meditatur dolos, ad quorum exſecutionem
quibus viis mediisq; juſtis ac legitimis perve-

venire

nire nequeat, vitioſos affectus in conſilium adhibet: nunc cum Catilina incipit audaciâ furere, ferro ſpirare, peſtem civibus moliri, & quot flagitiis ſuis novus ſquos animumque ferocem ſuus novit, è medio tollere, nunc civium ſanguinem tantâ ſitit aviditate, ut cum Caligula exoptet omnium unam eſſe cervicem, quo tantò commodiùs poſſint decollari, nunc jocum & ludum exiſtimat frequentare cædes, exemplo Tarquinij Superbi, qui ſumma papaverum capita amputando Gabiorum necem repræſentabat, nunc ut Vitellius Imperator nullo colore delectatur alio, quàm rubro, eoque ſanguineo, qui non penicilli cuſpide, ſed enſis acie ſparſus ſit.

Sunt autem duæ potiſſimum viæ, quibus Tyranni regna invadere & occupare ſolent, vi & dolo. De Dynaſtis, qui Alexandro Magno in imperio ſucceſſerunt, refert Plutarchus in Demetr. quod magna ex parte fuerint parricidæ. Herodes, ut regni compos fieret, ſocrum, ſocerum, filiam, conjugem &c. interimi curavit, ut meminit Phil. Iud. in Brev. de temp. Ardiaus Pamphyliæ tyrannus patrî ſenecta-

ſimulabat autem tam graviter, ut & fratri natu majori vitam crudeliter eriperet. Si-[illegible] alte-[illegible] [illegible] Ptolemæo [illegible] perſuaſi [illegible] quoq; ſucceſſor extitit, referente Baptiſta Fulgos. lib. 4. Memorab. Hyperbolus etiam verſutiâ ſuâ tantum effecit, ut Cleoni ſucceſſerit, teſte Gyraldo, dial. 5. Sed quid opus eſt exempla hæc accumulare, quum liquidò conſtet, mali Dæmonis veſtigiis tyrannos inſiſtere; is autem [illegible] vel [illegible] vel draconem, & fallit, [illegible] magis [illegible] eſt Diabolus cum fallit, quàm cum ſævit: ita quoq; tyrannus Diaboli æmulus. Nimis enim verum eſt, exquiſitum [illegible] nocivæ ſimulationum technam [illegible] potiſſimum [illegible] injuſta, qui habendi ac dominandi cupiditate accenſi, fines juſtæ moderationis tranſierunt.

Et

Et quoniam Tyrannus Reipub. peſtis capitalis eſt, antiquitùs profectò manus ei inferre, non tantùm licitum erat, ſed etiam mandatum, ut autor eſt Plutarchus in Arat. & Timol. Imò tyrannicidis Græci olim egregia præmia conferebant, iiſq; divini honores (ut Cicero ſubmonet pro Milon.) quondam decernebantur. Verùm enim verò, ut rem æquâ lance ponderemus, ipſa cum pietate conjuncta juſtitia flagitare videtur, ut ſi quis in alios injuſtam dominationem vel captet, vel jam uſurpârit (ſive alienigena is ſit, ſive tanquam vipera ex patriæ viſceribus prorumpat, ut eam naſcendo interimat) tum privati homines ante omnia Magiſtratus ſuos legitimos adeant, quò publicus hoſtis autoritate publicâ & communi omnium conſenſu, ſi fieri poſſit, retundatur. Sin a. Magiſtratus vel conniveat, vel alioqui officium facere tergiverſetur, tunc (non tam meo, quàm doctorum complurium judicio) legitima patriæ ſuæ, cui proximè & ſecundùm Deum, totum ſe debet, ſtatum tueri pro viribus allaborent inferiores, adverſus eum, qui legitimus magiſtratus cenſeri non poteſt, quippe qui

axioma

[illegible]

advenerandam ſenectutem pervenire: unde Thales ajebat, nihil ſibi inſolentius magis eſſe, quàm tyranni ſenis aſpectum. Teſtatur eadem variis illos placidum ex hujus vitæ ergaſtulo exitum ſortiri, Nimirum

Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni.

Quò ſpectat obſervatio, quòd ex viginti ſex Imperatoribus Romanis, à C. Iulio Cæſare ducta numeratione, immanibus plerumque & efferatis, decem tantùm morte naturali diem obierint ultimum. Multos ex infidis interemptos fuiſſe, non paucos ſupplicio palàm affectos viderunt ætates priores. Heraclius Phocam tyrannum, à quo nefariè Mauritius Cappadox cum omnibus liberis & uxore ſimul occiſus fuerat, captum, captivum truncatis manibus pedibus, & tandem capite truncatum combuſſit. Quid quòd ingraveſcente nimium tyrannorum ſævitia, Deus non ſemel ad ſuam declarandam potentiam & juſtitiam, per beſtiolas etiam abjectiſſimas vitam iis eripuit. Vermiculis inteſtina corrodentibus ſuccubu-

Her

Herodes Agrippa, Maximinus, & ejuſdem cenſus complures alii Pediculi [illegible] ad [illegible] aſſumpta interemerunt. Alii [illegible] facti fuerunt. Quin etiam multiplex [illegible] tyrannus [illegible] Nam [illegible] torturam ſentiunt à conſcientia quæ pœna eſt graviſſima, omnesq; tortores [illegible] videtur ſuperare, ut canit Iuvenalis, [illegible]:

Pœna autem vehemens, ac multo ſævior illis,
Quos & Cæditius gravis invenit, & Rhadamanthus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Et qui lætari poſſet tyrannus, quùm flagitia ſua & facinora ſingulis momentis ob oculos ſibi obverſari videat? Conſcientia enim, ut ait Chryſoſtomus, eſt codex, in quo quotidiana ſcribuntur peccata. Exterius quemlibet metuunt ac timent tyranni, & ut aliquo modo tutiores ſint, ab hominum converſatione abhorrent; ideoq; ſibi [illegible] conſtruunt [illegible]. [illegible] ſi quando [illegible], horrendum [illegible], ſibiq; jam jam moriendum eſſe ſomniant,

quem tamen neque vultus habeant, neque [illegible] sed formam tantum: sic tecum suspecta sunt omnia, [illegible] metuit, quippe qui non est nescius, quod [illegible] sunt & ipsi [illegible] [illegible]. Huius rei luculentum testem exhibet fabula. Dionysius Syracusanorum tyrannus. Hic enim eo timoris venerat [illegible] ut non propinquis, sed barbaris ferisque quibusdam hominibus committeret custodiam corporis, atque ita carcerem quendam, dummodo ipse se includeret. Hic est ille, qui filias suas admodum teneras tondendi arte instruxit, ne tonsori collum committeret; qui ferrum ab iisdem, cum adolevissent, removit, jussitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent; qui noctu sic ad uxores intrabat, ut omnia specularetur prius & perscrutaretur; qui conventionis suggestum quum non auderet conscendere, concionari ex turri solebat; qui Damocli parasito, cujusmodi sua esset felicitas, quam ille praedicaverat, ostendit, cum ei in summa deliciarum affluentia, omniumque rerum copia & luxu accumbenti, gladium districtum e lacunari seta equina suspendi jussit, [illegible]

cuip-

conſpiciet [illegible] illum [illegible] tur: qua de re apud Plutarchum in Dion. & Ciceron. c. Tuſcul. Atq; ita tyrannum illic in anguſtias poſitis & miſeria, quàm in ulla ſublimi fortuna [illegible] demonſtrauit. Semper [illegible] habebat [illegible] [illegible] auro cælato ſplendi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pallium, at & [illegible] [illegible] (ut [illegible]) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſi forte [illegible] [illegible] eſſe ad necem [illegible]. Haec [illegible] Cicero, eſt tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia; omnia ſemper ſuſpecta atq; ſollicita, nullus locus amicitiæ. Nam [illegible] illa, quæ vitari non poſſunt, [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] ab [illegible] ſibi fiduciam admittunt, hominumq; delectantur conſuetudine.

 ita

ita quoq; ferè tyrannis indoles, Hoc Claudiano ſic canendo videtur alluſiſſe:

> Qui terret, plus ille timet: ſors iſta tyrannis
> Convenit, invideant claris, forteſq; trucident,
> Muniti gladijs vivant, ſeptiq; venenis
> Ancipites habeant arces, trepidique minentur.

ipſis, qui rebus præclarè geſtis malam à populo gratiam reportarunt. Memorabile inprimis eſt exemplum Phocionis, qui licet non modo Athenienſium, ſed & omnium ſuæ ætatis virorum clariſſimus haberetur, & quadragies quinquies Athenienſis exercitus Imperator creatus, etiam ſummâ integritate ac innocentia tranſegiſſet: nihilominus quidam è fæce plebis calumniator ad populum, quem Phocioni ſuccenſere intelligebat, rogationem hujuſmodi ferre non eſt veritus: Iuberent Phocionem ac ſocios necari. *Hæc vox tanti populi applauſu excepta eſt, ut omnes aſſurgerent, manibusq; elatis fortiſſimos viros ac innocentiſſimos capitis damnarent. Quo viſo, Me quidem à vobis, inquit Phocio, damnari facilè patior: ſed cur iſtos? Ad quod populus, Quoniam, reſpondit, tibi ſunt amici. Nec prius furor plebis inſanientis conquievit, quàm omnes ſine judicio legitimo, ſine accuſatione, ſine cauſa ullâ necarentur. Nec verò, ut Budæus hanc hiſtoriam claudit, ſperandum eſt, ut plebem, cum bonis inſultare cœperit, pudor ullus à turpitudine, aut*

b

*tis à furore revocare poſſit. Tali igi-
tur quoniam ſit ingenium multitudinis,
ut ſua ſponte ad turbas, ſeditiones &
bella propendeat, [illegible] ab oratoribus
[illegible] & incitamentis calcar ei ad ma-
lum quam ante currenti additum fuerit, [illegible]
quantò alacriùs ad eadem provehatur
multitudo illa beſtia. [illegible], qui
[illegible] injuſte arceſſatur, [illegible]
[illegible] præcipit:* Recte faciendo, neminem
timeas. *Et ſunt qui ita vitam inſtituunt
ut ſuam, ut nihil unquam in ſe admittant,
cujus ipſum vel pudere vel pœnitere
ei conſtanter valeat, ſummo-
que conſcientiæ crimen
quælibet.*

CAPUT. X.

De ſeditione ex diſtributione hæreditatis, & ſucceſsione in imperio.

Ex uſurpatione verborum duarum, ut ſunt meum & tuum, uberrimam malorum ſegetem in ſocietate humana ſuccreſcere, non ſine ratione autumant nonnulli. Nam ea quæ vel ſolo nomine inter miſeros mortales gliſcit, animarum diſtractio, contentio, odium, inimicitia, hoſtilitas, hinc potiſſimum emanat, quod alter ab altero re ſua fraudari arbitretur, vocem hanc ingeminans: Meum mihi volo &c. *Præcipuè autem ex hæreditatis ſive diſtributione ſive occupatione vel inter fratres, vel alios, hæc reſultat incommoditas. Teſtatur, quæ Euboeæ oppidum, inter par fratrum, de bonis a patre defuncto relictis iurgium grave gerentibus*

ortum

*dam affinis, cùm hic potiorem partem aſſu-
ptam ſibi præreptam judicaret; quam ubi con-
ſequi non poſſet, iuſtitiam, ope illam & au-
xilio plebis ſtrenuè perſequi cogitavit. Hoc
vidit alter, ſimiliter fortunæ cives in partes
ſuas contraxit; unde civitas univerſa mi-
ſeris calamitoſis atq; funeſtis paſſa eſt. In
Thuringia Germaniæ, anno Christi 1346, in-
ter proceres Salcenſes orta de hæreditate
ſimiliter orta eſt diſſenſio; quæ ubi commodè
componi non poſſet, unus eorum portionem
ſuam Landgravio regionis iſtius vendidit.
Landgravius plenâ poteſtate communi-
tos viros nobiles ad occupanda recens ita
coëmpta bona ablegat. Verum reliqui duo
fratres emptionem factam comprobare re-
cuſarunt, atq; Archiepiſcopi Moguntini Vica-
rius, qui aderat inibi, adſtipulatur, aſſerendo
ſe cum Principe ſuo reverendiſſimo æquè faci-
lè ſuorum atq; Landgravio, ſi ita inſtitui
deberet mercatura, pecuniam venditori de-
pendere. Cum hoc reſponſo ad Landgravi-
um reverſus Legatus, perſenſit ille, eo rem
rediiſſe, ut ferrò omninò ſibi redimenda
foret ſemel empta poſſeſsio. Quocirca Sa-
lenſium armata manu contendit, ſibique*

O 1 poti

portas recludi juſſulat. Reſiſtentibus autem, initio qui aderant, adverſariis [illegible] [illegible] ſævientibus ejaculationibus, ſubmerſa [illegible] hominibus, qui dejectis ſu[illegible] [illegible] Landgravio obverterent, una [illegible] intrat, & projectis in ve-[illegible] pyrob[illegible] tanta velocitate incen-dit, ut plures homines devoret flammarum impetus, in[illegible] os [illegible] abſumat, alios ſuffocet, ex quorum reliquiis inventa ſunt poſtmodum [illegible] cadavera octingenta ſeptuaginta [illegible] ut truncam complures de [illegible] delapſos homines, quo caſu [illegible], [illegible] brachia confracta retulit. Hinc urbs ipſa vehementer premitur, atque in anguſtias redigitur, ut paulo poſt tranſ-actione facta, urbis [illegible] dominium Ar-chiepiſcopo ſimul & Landgravio jure æquo cedere debeat.

Ejuſmodi incommoda Reipub. me-dum ſæpicule, ſi enim demortuo Principe hæ-redes de imperio controverſiam alunt. In Turcia, anno Chriſti 1482. hujus rei ex-emplum extitit, quando Zizimus & Ba-jazetes Mahometi filij de ſceptro conten-

dent

dentes ſibi invicem nollent cedere, ſed hic Ja-nizaros, ille Regem Perſiæ & Sultanum Cairinum partes ſuas pelliceret. Hinc bello civili acriter confligitur. Sed quia milites Bajazetis uſu rei militaris & experientia præcellebant, conciditur aliquoties exercitus Zizimi, & reliquiæ ejus in fugam vertuntur. Hodie autem ne tali occaſione aperiatur majus incendium, Turcis in more poſitum eſt, ut qui defuncto parenti ſuccedit Imperator, fratres ſuos omnes, uti & cæteros quoſcunque, qui ad diadema ſummum aſpirare aliquando auſint, ſtrangulari faciat. Truculentum ſane & crudele ſecuræ tranquillitatis retinendæ medium, ſed quo interim ſatis abſurde indicatur, quantum mali ex diſſidiis fratrum competitorum Reipubl. metuendum ſit. Familiæ regiæ apud Abixynes ſeu Abiſſinos, circumciſionis & baptiſmatis communi uſurpatione ſemichriſtianos, quorum Reges in finibus Africæ ampliſſimi potentiſſimi, tolerabilior eſt conditio.

Ubi enim ſucceſſor legitimus imperium ſuſcipit adminiſtrandum, reliquos tam

*contingit, ut eos tum ſuos ſuat, ne rerum ſum-
ma imminente bello ex imperandi libidine occa-
ſionem ſeditionum arripiant, pericul[illegible] in ma-
[illegible] præſcripto perpetuo referen-
ſecus ad quem [illegible] ſolum aditur, u-
pe anguſtus eſſe dicitur, quum tamen in ſe la-
tiſsimus (ut memorat Oſorius) ſpatioſa ha-
bitabiles, agros uberrimos, paſcua & fruge fer-
tiliſsima, amnes fœcundiſsimi, pecora, armen-
ta, & alia varia quæq; pinguiſsima. Hinc re-
rum patet [illegible], qui ex ſibe, au[illegible]
deficientibus, & [illegible] proximus ad impe-
rium magis idoneus viſus fuerit optimatib9
is ſuffragio eligitur, & habenis imperij ab [illegible]
[illegible] plane liberis, Rege tamen defuncto po-
tius, non ſine homagio præficitur. Verum inter
ſe [illegible] memorandæ vedunt ſeditiones Gradi-
cæ, quæ ſuperiore ſeculo extiterunt. Gallus
Rex Carolus eius nominis ſextus, inſignem
equitatum auxilio miſerat in Vngariam, au-
ctore Iohanne Philippi Audacis Burgundiæ
Ducis filio, qui captus eo prælio fuit, & ad
Turcam adductus in maximo verſabatur
vitæ diſcrimine, quod tamen euaſ-
[illegible].*

Era

Erat enim Bajazeti familiaris profeſſor quidam artis Phyſiognomiæ, qui contemplatus captivum, author Imperatori fuit argſuaſor, ut eum dimitteret incolumem, fore enim, ut domum reverſus, maximum excitaret incendium, quo bona pars Europæ velut in Chriſtiana conflagratura eſſet. Sic ille perſuaſus hominem miſſum facit, ut & reliquos ex nobilitate captivos, ubi pretium ſolviſſent liberationis ad ducenta coronatorum aureorum millia. Cùm in Galliam rediiſſet Johannes, ſimultatem cum Ludovico, Duce Aureliano, fratre Regis, exercere cœpit. Nam is per valetudinem Regis propè deſperatam volebat Rempub. gerere, quod proximus eſſet agnatus: Burgundus verò, quòd & patruelis eſſet Regis, & ætate præcederet, mortuo jam patre Philippo, ſibi potiùs deberi inſtabat adminiſtrationem regni. Indies igitur augeſcente offenſione mutuâ, Dux Aureliæ tandem, nocturno tempore, Lutetiæ fuit interfectus, e cœna domum rediens anno Chr. 1407. nono Cal. Decembris. Erant autem à Duce Burgundiæ ſubmiſsi percuſſores, quod ipſe poſteà non tantum non diffiteba-

nem hereditatem nulli auferendam: qui pu-
pillos per ſcelus deſpoliat, Deo & hominibus
inviſus, pœnas aliquando patrati ſceleris da-
re: cognoviſſe ſe, non vanis rumoribus, fœdus
antiquum inter Bohemos & Auſtriacos ex-
ſtare, deficiente maſculina ſobole Principem
ex ſeſe aſſumant: fidem ſervare pulchrum:
ne cui temere noceatur, cavendum. Scele-
ſtam exſecrabilemque vocem illorum, qui re-
gnandi cauſa jus violandum aſſerunt.
Atque ita majorem ſe regno monſtravit, &
verum ſi fateri licet, clariſſimum egit Regem.
Nam regnum apud eos, qui ſpernunt, non
qui cupiunt. Eodem animo Ferdinandum
Aragoniæ & Siciliæ Regem fuiſſe, ex Fazello
intelligimus.

Cum enim communibus omnium votis re-
jecto Henrico fratris ejus filio Johanni, cui
demortuo patre debebatur ſucceſſio, Rex jam
ſalutaretur, Johannem illum admodum
adhuc puerum, è chlamyde, ſub qua
eum occultaverat, regio more amictum
extulit, humeroque impoſitum populo
oſtendens clara voce edixit: En Ara-
gonenſes, Regem veſtrum: noſter
hic

hic eſt Rex: huic fidem ſervemus, prout mos eſt Hiſpanæ gentis. Atq; his dictis collocatum in regio ſolio infantulum, primus ipſe ad pedes ejus procumbens, veneratus eſt, & in ipſius verba juravit, idemq; ut omnes facerent, exemplo ſuo adegit. Regno igitur ad hæredem legitimum revoluto, privatam potius vitam agere, quàm ſibi regnum alienum uſurpare, voluit.

Quòd ſi vero, ut ad inſtitutum redeamus, maſcula proles deficiat, relictis feminis, facilè inter has & patruos, ſi dentur illi, de ſucceſſione ſpargi poſſunt litium ſemina. Sin autem maſculus adſit, qui tamen ob ætatis immaturitatem ac impotentiam ſe ipſum moderari nequeat, annon hîc quàm plurimorum annorum [illegible] naſcetur? Nam & præfectis & tutoribus, quos conſtitui neceſſe eſt, non omnia tam plana ſemper eſſe [illegible] cum obſervationes quotidianæ, quæ hinc quoq; interdum reſultarint Reipub. commoda, [illegible] vehementior. Annon Demetrius Soter mortuo Antiocho fratre, filium ejus primum genitum, cui tutor additus erat, necare [illegible], quò ſolus rerum potiretur? [illegible]

Juſtinus

Juſtinus. Annon Caſſander Alexandri Magni hæredes, quorum itidem tutor erat conſtitutus, imperii ad ſe transferendi gratiâ jugulavit? ait Juſtinus. Annon ita Comes [illegible] [illegible] Conſtantii Regis Britanniæ inſidias ſtruxit? Atteſtatur Alanus. Ad eundem modum Saphadinus novem Saladini nepotes ſuffocavit, ut ille ſolus dominaretur, teſte Jacobo Meyero. Et Irene libidine regnandi agitata proprios filios truculenter vitâ privavit, ut memorat Zonaras. Neq; leviora metuenda ſunt incommoda in quibus regnis ſervatur electio, ſi non quandoq; adhuc graviora, adeo ut non immeritò diſquirant politici, utrum electioni, an ſucceſſioni ſcopuli difficiliores præfixi ſint. Interim tamen ubicunq; viget electio, ibi ſatis huic fortaſſe negotio præcaveri poterunt pericula eſſe modi & incommoda; ſi nimirum ſucceſſor ante mortem Regis deſignetur. Et in Germania quidem ſatis commode proviſum eſt, in electione novi præſertim Imperatoris, ubi Comiti Palatino & Duci Saxoniæ, mortuo Imperatore, adminiſtratio committitur, donec, tempore ad hanc rem præ-

ſtit

ente deſtinato, Monarcha novus eligatur.

Multum ſimiliter periculi ſentitur, ubi extinctâ familiâ regia, proceres regni de ſucceſſione inter ſemetipſos concertare incipiunt. Fieri enim ſolet, ut quo quiſque eorum potentior fuerit, eo confidentius viam ſibi ad imperium quavis ratione munire contendat. Nec inſolitum eſt aut inauditum, turbas in ipſis Reipub. viſceribus peſtilentes naſci, quando poſt mortem Principis aut Regis, vel ſuperſunt quidem heredes, legitimi non ex ipſa antiquiore ſtirpe regia et primaria oriundi, vel obtruduntur liberi extra conjugium legitimum progeniti; vel etiam plures ſeſe pro heredibus genuinis venditant. Noſtris temporibus bellum civile in Gallia efferbuit, poſtquam interempto Henrico III. Summam rerum Henricus IV. Navarræ Rex, ad quam ab illo prius aſſignatus fuerat, ſtudioſè prenſaſſet. Nam competitores offendit Guiſios, qui ratione ortus, primas omninò partes ſibi deberi urgebant, ut quibus inde à Carolo Magno, cujus jucunda eſt Galliæ memoria, genealogiam ſuam [illegible]

[illegible]

[illegible] adductam exhibere in proclivi eſſet: idque ditatum codicibus aliquot in lucem edi- [illegible] facere conati ſunt nonnulli. Poſtulo certè, apud [illegible] valet [illegible] auctoritas, [illegible] ipſorum propendebat: nec deſiſtit [illegible] aut ſcele- [illegible] ad pugnandum excitat & ala- [illegible] eſt igitur [illegible], [illegible] ferro, [illegible], ut [illegible] unquam [illegible] tolerare poſſit. [illegible] autem cataſtrophen [illegible]ſiorem ſortiti ſunt, in qua peragenda non pauci cervices dedere. Talia nimirùm ſunt [illegible], quibus expoſitum eſt regnum, [illegible] conſtat. quod [illegible] ſit ſucceſſ per [illegible], [illegible] maximè. [illegible] inter- [illegible] hæc accedit incommoditas, quòd ipſi [illegible] imperantes, certis deſtituti ſucceſſoribus, [illegible] vel imperio exſtantur, vel [illegible] contemptum pertrahuntur. Quod [illegible] perpendens Alexander Magnus, [illegible] haberet ſobolem, [illegible] vocem erupiſſe fertur: Orbitas mea, quod ſine liberis ſum, ſpernitur. *Nec mirum ſiquidem regni nullum eſt vinculum firmius prole regiâ & ſucceſſore certo.*

Alphonſus Ferrariæ Dux ultimus, ex proſapia Eſtenſi, quoniam ex matrimonio non ſuſceperat hæredem filium, propius nihil quicquam erat, quam ut Ducatui Ferrarienſi anno Chr. 1598. clades magna illata eſſet, niſi Pontifex Romanus moderamine ſuo maturè interpoſita Ducatum illum ſedi Romanenſi adjeciſſet: quæ res quùm in recenti adhuc ſit memoria, ulteriorem ejus commemorationem alió remittamus.

Caput XI.

De ſeditione ex ſuſpicione mutua, itemq; religionis diverſitate.

QVantum damni accedat Reipub. ex graſſante ibidem ſuſpicione ac diffidentia, quæ amicitiæ venenum rectè dicitur, nullum eſt regnum, civitas nulla, cui non datum fuerit hujuſce rei experimentum injucundum. Vbiq; terrarum tam altas radices egit ſuſpicionis ſeges, ut licet nullam peſtilentem ferat, nequeat tamen ex omnium aliorumq; animis ita exſtirpari, quin mirũ in modum eos exagitet, iiſq; idem ipſa evenire faciat, quod hominibus ulceroſis accidere ſolet, qui timidiſſime tactum omnem reformidant ac refugiunt. Ita enim ſuſpicioni qui indulgent, vitam tranquillam atq; pacatam neutiquam poſſunt traducere: ſed undiq; ſibi metuunt, metusq; ſui aculeos

venenatos in Reipub. viſcera magno quanto dolore uſu torquent. Et certè ipſos queq; imperantes malum iſtud non uno modo exercere poterit. Hi enim ſi bellum aliquod movere cogitant, neq; tamen fidei ſubditorum audent tergum ſuum committere, militum extraneorum vocent, neceſſe eſt. Reſultat hinc ſtatim periculum. Fieri enim poteſt, ut aliundè vocatus militiæ dux, non tam Reipub. quàm ſibi ipſi militet, ſeq; in imperium inſinuare allaboret: cujus rei ſpecimen Timophanes quondam Corinthi dedit. Deindè, ſi plures ſint duces, ſive extranei hi fuerint, ſive non; periculum eſt, ne ſummam rerum ſibi attrahant, ejuſq; diſtributionem ineant, uti Romæ factum eſt ab Octavio, Antonio, & Lepido. Nam cùm à morte Iul. Cæſaris initiò pro Repub. videretur Octavius in Antonium arma capeſſere, tandem partitus imperium cum illo & Lepido, triumviratum inſtituit: qui tamen forma diu non conſtitit; Siquidem in æmulatione imperij, natis offenſionibus, Lepidus removetur ac relegatur, Antonius verò cum Cleopatra, ad mortem ſibi inferendam, Octavio premente adigitur. Adhæc non

rarò

rarum eſt caſus, quòd ſuſpicionis vi eo compellantur ſuperiores, ut quùm Marti ſe non auſint tuto committere, inferiores ad aliqualem imperij ſocietatem admittant; undè Reipub. forma de facili immutatur. Sic nimirum Imperij Romani plena quondam adminiſtratio penes unum ſolum Principem reſidebat, quæ deinceps æſtuante ſuſpicione, ac ſeditione magis magisq; gliſcente, partitionem ejuſmodi ſubiit, ut Electoribus quoque ſua loco ac reſpectu certo quædam quaſi portio ejus ſit relicta. Venetiis inter familiam originariam, quæ potior ſemper vult haberi, & adventitiam, quæ in multis poſt haberi ſolet, ſat etiã adhuc animadvertimus inveteratæ ſuſpicionis fumos, quos ne fortè Martis tempore incendium excipiat, cautum eſt, ut ſi bellum ſit gerendum, adminiſtrationi ejus præficiatur dux peregrinus, cui tamen incola aliquis παραστάτης additur.

Nam ſi negotium illud totum ſoli alicui incolarum concrederetur, fieri poſſet, ut is abuſu tantæ poteſtatis vincula Reipup. diſcerperet, ſibique dominium arriperet.

Etſi autem mutua ejusmodi ſuſpicio nullam adhuc mutationem inſignem Reipub. Venetæ impreſſit: tamen optare licet, ne quò communius ex talibus initijs oriri ſolet incommodum, eò citiùs indidem iſti quoq; imperio aliàs florentiſſimo tempeſtas periculoſior exſiſtat.

In imperantibus profectò perniciosiſſimus eſt ſuſpicionis morbus. Eo enim qui ſic laborant, ut à ſuis ſe contemni vel odio haberi ſuſpicentur, facilimè ad timiditatem impelluntur, ex timiditate verò ad ſævitiam delabuntur & crudelitatem. Sic Artaxerxes quùm à ſuis contemptim ſe haberi putaret, in pleroſq; primores ſuſpicionem concepit, multos iratus occidit, plures, quod ab ijs ſibi metuebat, interemit. Eorum in numero erat quidam ipſius familiaris Mithridates, quem, ut Plutarchus memorat, tali ſupplicio affici curavit. Duas ſcaphas, quæ mutuò quadrant, accipiunt lictores: in alteram harum is, qui plectendus eſt, ſupinus collocatur; alteram imponunt, & ita aptant, ut caput, manus, pedesq; promineant, totum alioqui corpus occultetur. Ita incluſo cibus

præ-

præbetur, ac ſi edere nolit, oculos compungendo eum cogunt. Cùm edit, mel lacti mixtum [illegible] loro infundunt: ita verò ſemper eum collocant, ut adverſus Solem oculos habeat. Porrò autem muſcarum identidem aſsidentium multitudine facies ejus tota obtegitur, & cùm in ſcaphis interiùs ea faciat, quæ neceſſe eſt hominem cibo potuq́; fruentē, ex putrefactione & corruptione excrementorum tarmes atq; vermes pullulant, qui in inteſtina ſubrepentes corpus conſumunt. Cùm jam conſtat eum mortuum eſſe, remotá ſuperiori ſcapha intuentur carnes quidem devoratas, inteſtinis autem inhæreſcentia hujuſmodi animalculorum examina. Hoc modo ſeptendecim dies cruciatus, lentâ morte abſumptus eſt Mithridates. Imò hic eſt morbus occultus, inquit Comineus, qui in familiis Principum regnat, & pluribus incommodis materiam ſubminiſtrat: in Gallia quidem adeò frequens, ut à Carolo Magno vix pauci Reges annum ſexageſimū excèſſerint, collectâ ſepè ægritudine ex ſuſpicionibus, & ex ijs, quæ clanculùm ac falsò eſſent delata.

Adhæc in cauſa eſt quando ſuſpicio mutua,

 ut

ut ſalutem publicam unicè concernentia comitiorum conſilia & deliberationum momenta in caſſum ſuſcipiantur, ubi nimirum in animis hominum opinio ejusmodi præconcepta dominatur, quod alius quuq; non tam Reipub. emolumentū quærat, quàm propriis ſuis commodis promovendis invigilet. Cujus infelicis conſultationis eventum utinam ſæpicule non vidiſſet Germania! Verùm enim verò nulla eſt ad ſuſpicionem concipiendam ἀφορμὴ compendioſior, quàm quæ ex frequentata paſſim in articulis fidei Chriſtianæ opinionem diverſitate reſultat, quandoquidem ut religio animos unitate conjungit, ita diverſitate disjungit. Nec unquàm probe ſibi cōſentire poſſunt præſides, quorum diſpar eſt de fide ſententia. Quocirca vix ullâ re tam facile corruptiones Rerumpub. introducuntur, quàm religionis mutatione. Metum enim Deorum & ceremoniam gens quælibet, ut ut immanis, plurimi ſemper fecit. Nec à vero ab ludunt, qui nihil ita valere ſentiunt, ad moderandas ſtabiliendasq; Reſpub. & ad religandos ac devinciendos hominum animos, quàm opus religionis. Vnde Poetæ aliique

ſcriptor

ſcriptores antiqui ſuo modo adumbrare voluerunt, ad certam ruinam ac interitum propendere civitates & Reſpub. ubi numine ſuo privatæ fuerint. Æſchylus refert, omnes illas regiones, quæ mox in hoſtium poſſeſſionem deventuræ eſſent, à Diis ſuis antea fuiſſe deſertas, quod ſpeciatim de Troja dicitur. Fabulæ ſunt, ais. Quis negat? Attamen hoc figmento indicare voluerunt Poetæ, ſi religionis exſiſtat uſpiam contemptio, tum omnia fatis.

In pejus ruere,& retrò ſublapſa referri.

De Flavio Domitiano ſcribit Svetonius, quòd is inter prodigia mortis imminentis, ſomniarit Minervam excedere ſacrario, negantem ſe ulteriùs eum tueri poſſe, quòd à Iove eſſet exarmata. Sed ſi, hiſce relictis, ad probatiora ac certiora converterimus oculos, mutationē ac variationem religionis plagas quamplurimas Reipub. inflixiſſe videbimus. Autor eſt Eghinatus Caroli Magni quondam notarius, imperium orientale paulatim collapſum, & in Pipino

ejuſque ſilium Carolum fuiſſe devolutum, cum hæreticæ opiniones, Imperatorum incuriâ, paſſim excreviſſent. Rerum ejuſmodi cùm neſcius non eſſet ſuâ tempeſtate Numa Pompilius, firmiter ſtatuit, nullâ via commodiore ſævitiam populi furoremq; multitudinis cohiberi ac emolliri poſſe, quàm præſcripto ſacrorum, quibus multum temporis eſſet impendendum. Vtq; populum in hanc ſententiam poſſet involvere, ſe à Dea quadam afflari, & ad propoſitum iſtud urgendum incitari finxit, cum Livio ut refert Plutarchus.

Hæreſis profectò haud facilè in Eccleſiam ſe inſinuaret, niſi paſſim exſiſteret hominum malè feriatorum ſeges, cujus fructus eſt cum libertate judicij conjuncta opinionis perverſitas. Principio enim datur perſona aliqua privata, quæ vel mentis errore, vel afflatu & ſuggeſtione Cacodæmonis, nova, inaudita & miranda dogmata ſuſcipit, eaq; poſtmodùm fucoſis & malè connexis argumentunculis velata proſtituit, & pro veris fidei aſſertionibus apud alios venditat.

Quo-

Quoniam verò novitatis avida eſt natura hominum imperitiorum præſertim, ab iis ſtatim deliria ejuſmodi admittuntur: interea de ſocio ſibi proſpicit autor malè faſcinat ius, quo invento, opera conjuncta ſic urgetur, ut tandem in familiam publicam excreſcat malum, Regumq́ ac Principum animos invadat demiq́.

Quid multis? Quemadmodum ex religionis contemptu naſcitur fidei omnis & juſtitiæ neglectus, ſic religionis diverſitas cauſa gravis eſt, cujus niſu proveniat magna illa ſuſpicionis moles, qua in negotiis quoq́ politicis ac Reipub. incolumitatem concernentibus, mutua non raro impediuntur conſiliorum collationes, vel certè ab ea exitus feſicitate, quæ ſperabatur, valdè arceantur; unde quid incommodi ſequatur, nimis aperè docet hodiernus orbis Chriſtiani ſtatus. Et quid damni non intulit Germaniæ bellum ruſticum ſeculo ſuperiore in ſpeciem vindicandæ libertatis Chriſtianæ ſuſceptum? Conſpirárat colluvies ruſticorum ex plerisq́ Germaniæ plagis atq́ provinciis, ut prætextu libertatis Evangelicæ è luto emerſa jugum po-

liticum planè excuterit. Idcirco obvia quævis, ut monaſteria, arces, oppida, caſtella, pagos, villas, diripuit, incendit, ſolo æquavit. Sed repreſſus eſt poſtmodùm & enervatus ruſticorum inſultus ille Cyclopicus, dum propè Franckenhuſium, devictis ad centum millia ceciderunt miſerrimè. De ſeditione Belgica quid attinet dicere, quùm adhuc in recenti ſit memoria, quid calamitatis, ſpatio triginta annorum, religionis innovatio & inde idem orta ſuſpicio inter Belgas produxerit? Infortunium ſuum etiamnum cum dolore ſentit Gallia, quod ex tali quoq; occaſione natum amœniſſimam illam terram deformavit, ædes ſacras deſtruxit, ſubditorum bona exhauſit, adeoq; regnum totum in diſcrimen adduxit. Hæc, & id genus alia exempla evidenter docent, quòd ut unionis & concordiæ autor eſt una fides, ita religio multiplex diſcordiæ ac ſeditionum prægnans ſit ſeminarium.

CAPUT

CAPUT. XII.

De ſeditionum cauſis levicu-lis &c.

NOn quidem diſsimulandum, ſed præ nobis ferendum, quod multæ adhuc aliæ cauſæ ad vim iſtam internam facientes cumulari poſſint. Verùm quùm infinitus ſit numerus quotidiè in Repub. incidentium momentorum ex quibus occaſio interdum magni alicujus mali hauriatur, longiore jam ſuperſedemus enumeratione, ac negotium illud obſervationi eorum, qui otio abundant, relinquimus. Quia interim alto prorſus ſilentio non ſunt involvendæ ſeditionum occaſiones ejuſmodi, quæ ex rebus quandoq; leviſsimis originem trahentes, grandem incommoditatis molem ſecum important, eas quoq; ſed levi tantùm brachio, attingamus. Principio heic nobis indolem ſuam ſpectandam exhibet illiciti amoris æſtus motusq; laſcivies.

Syra-

Syracuſanorum tota civitas magnum omninò damnum pati coacta eſt quondàm, ob duos juvenes magiſtratum gerentes, quorum unus alteri peregrè profecto amaſiam præripuerat. Is autem domum reverſus ſponſæ alterius, injuriæ reponendæ causâ, clanculùm ſe applicat, eiq; pudorem eripit. Quos circà tantâ uterq; iracundiâ exardeſcit, tantâ inflammatur vindictæ cupiditate, ut ex populo diſtracto factionem geminam excitent.

Quod quia omnioſum videbatur, conſuluit ſenex quidam, ambos illos juvenes ex urbe ejiciendos eſſe. Hoc conſilium cùm in-nullo eſſet loco, ſeditio graviſſima exſtitit, quâ Reipub. iſti inſignis acceſſit mutatio. Amore Appij Claudij, qui nimium deperibat virginem quandam eamq; ad libidinem abripuit, effectum eſt, ut Romæ aboleretur decemviratus. Rodericus Gothorum Rex vaſallo ſuo Iuliano, circa annum Chriſti 714. trans mare ablegato, ipſius abſentis filiam-ſtupravit. Hinc pater ad indignationem-commotus, impetrato à Rege Sarracenorum exercitu Gothos invadit, eosq; ſpatio biennii ad

mq́ ad internecionem usq́; affligit. Eâ tempeſtate accubuit præter cæteros Rodericus Rex, cum quo finem ita ſortitum eſt regnum Gothicum, & ad Sarracenos translatum. Simili occaſione in Galliam initio progreſſi ſunt Francones Germani, Franci aliis dicti. Hi enim temporibus Honorii Cæſaris à Trevirenſibus in auxilium vocati contra Lucium præſidem Romanum, qui Trevirîs conjugem viri cujusdam conſularis nefariè abduxerat, Treviros capiunt, aliisq́; vicinis oppidis direptis oppreſsisq́, rectà deinceps pergunt, & amœniſsimam Galliæ partem, quæ ad hunc usq́; diem Francia dicitur, pedetentim occupant, ibiq́; ſedem figunt; cujus quidem regionis caput Lutetia Pariſiorum hodie longè lateq́; celebratur. Primus autem Rex Francorum in Gallia exſtitit Pharamundus, Anno Chriſti 419. Quid quòd à Romanis Tarquinius ſuperbus ob violatam Tarquinii Collatini conjugem Lucretiam de throno deturbatus eſt: undè exſtirpatâ poteſtate regiâ & profligatâ ad binos conſules delata eſt rerum ſumma. Hujusmodi triſtium eventorum quùm neſcius non eſſe; illu

illuſtriſſimus Dux Venetorum Antonius Venerius, filium ſuum Aloyſium, qui patritiæ fœminæ amore captus, oſculum ei in platea publica infigere tentârat, & ad mariti januam cornua ſuſpenderat, in carcerem detruſit, in quo poſteà juvenis ille ſplendore generis corporisq; vigore clarus fabulam hujus vitæ clauſit. Sapienter quoq; Dionyſius ſuperior, qui, cùm filium ob adulterium objurgans, quæreret, An is vitium iſtud ex moribus paternis hauſiſſet; filius autem reſponderet, Non illi, ſicut ſibi, Regem patrem fuiſſe; apophthegma hoc repoſuit: Neq; tu, niſi vitæ morumq; honeſtate ortum tuum poſthac ornaveris, Rege parente diutiùs gaudebis. Non enim Regi jus aut fas eſt, corpore muliercula, ut ut abjectæ, ad libidinem abuti.

Videmus itaq; ex ſtupro, raptu, adulterio, aliisq; vitiis & flagitiis conſimilibus, tanquàm initiis primâ fronte tenuibus deſpectisq;, fontem ſeditionum nonnunquam ſcaturire, quas deinceps facilè excipit urbium everſio, Principum interitus, regnorum permutatio. Nihil heic dicam de principum

perſo-

perſonarum Sponſalibus, quæ ſi tentata non ſucceſſerint, turbas, rixas, contentiones, & bella progignere, ex variis monumentis hiſtoricis evidenter liquet.

Et licèt hujuſmodi incommodum inconſtantiæ atq; fallaci ſexus muliebris, animo plerumq; acceptum ferant nonnulli: tametſi etiamſi fortè non reſiſteret facultas, mulierum quarundam indolem perverſam ac ſubdolam acerbitate verborum perſtringere nolumus. Odioſum enim eſt illud Diogenis, quod is de duabus mulieribus inter ſe colloquentibus aliquando eructavit: Aſpis à vipera venenum mutuatur. Neq; audiendus eſt facile Simonides ille, ſive quiſpiam alius, qui interrogatus, Quid eſſet mulier? inter alia reſpondiſſe fertur: Domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, &c.

Eòdem tamen reſpexiſſe alicui videbitur Chryſoſtomus (in Matth. c. 19.) inquiens: Quid eſt aliud mulier, quàm amicitiæ inimica, ineluctabilis pœna, neceſſarium malum,

nata-

naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum prælium, delectabile detrimentum? Sed ſciendum eſt, quòd à Scriptoribus orthodoxis, ſicubi ita depingantur mulieres, ad malas tantùm, perverſas & impudicas cenſura dirigatur.

Non enim totus ſtatim ſexus eodem prorsùs carbone notandus venit, etiamſi in eo probitati ſic præponderet improbitas, ut matronarum virtutis & pietatis laude præſtantium non adeò magnus ſit numerus. Ideoq́; piam, bonam & induſtriam, tanquàm ταμεῖον ἀρετῆς, h. e. penu virtutis, commendari conſtat. Nec exempla deſunt, quibus ſumma mulierum quarundam deprædicatur virtus & ingenium heroicum. De Blanca Rubea invictæ fortitudinis, & rariſſimi exempli fœmina ita refert Bernhardinus Scardeonius. Cùm Baſſianum municipium Patavinum ab Acciolino circa annum ſalutis recuperatæ 1253. proditione occupatum eſſet, & maritus Blancæ, dum hoſtibus irruentibus fortiter reſiſteret, occubuiſſet, & ipſa viriliter pugnando capta, armisq́; exuta, & in conſpectum tyranni producta eſſet,

eſſet, neq; precibus neq; pretio à victore, pulchritudine ejus capto, expugnari potuit, ut impuræ ipſius voluntati aſſentiretur. Is igitur vi eam attrectare conatur; ſed illa, ſervandæ pudicitiæ gratiâ, de feneſtra ſeſe præcipitem dedit. Sublata autem de terra, ut erat fœdata cruore, & ſemianimis, in lecto reponitur, & diligenter curatur. Ac non ita multò poſt, ubi tandem convaluerat, rurſum adducta ad tyrannum, quum æquè conſtanter, ac priùs, cupiditatibus ejus reluctaretur, ligatur à tyranni ſervis, & ab ipſo nefariè ac crudeliter ſtupratur. Quo facto ita commota eſt miſella, ut rationem mortis ſibi conſciſcendæ meditaretur. Quare aliquantiſper diſsimulato dolore, impetravit ab amicis, ad levandum exſtincti mariti deſiderium, & ad ſedandum aliquantulùm animi mœrorem, ut cadaver ejus, quod jam ſi ctebat, cerneret. Aperto itaq; ſepulchro mariti, ſupra cadaver ejus magno cum ejulatu ſeſe repentè projecit, & repaſgulo, quo lapis ſepulturæ ſuſtinebatur, revulſo, & fracta ſub lapide cervice, unà cum conjuge deſideratiſsimo, quaſi in ultionē deperditæ pudicitiæ, fortiter & intrepidè mortem

obiit, & ,ut optabat,eodem tumulo ſepulta eſt. Poſtquàm autem de heroicis mulieribus diſpiciendi heic nobis data eſt occaſio,memorabile quoddam epitaphium ,Ferrariæ in templo Salvatoris poſitum huc aſcribam,

Ego illa Philippa Camerina, muliebri corpore viri animum gerens, in lubrico conſtiti,tum deſpiciendo tum aggrediendo omnium in me oculos contuli, illos admiratione ſtupentes,hos hæſitãtes ſciens reliqui:duos acerrimà pugnâ tyrannos diſtraxi. Et quoniam nihil ſine hac mihi ſimilitudine juncta, ut cum ea vel ex ea nata videar, agendum conſtitui ex principiis futura percipiens hoc præparavi:

Quæ ſunt pro his,quæ non ſunt, quæ
ſi eſſent,
Pro his,quæ cùm ſint non ſunt, quæ
videntur
Eſſe pro his quæ clara ſunt,in cauſa
ſunt.

Quod eſtis,ſitis,

A.O.

A. O. M. D. XVIII.

Sed ut undè digreſſi ſumus, eò jam revertamur, negari non poteſt, quin modis compluribus ad ſeditiones aliaq́; incommoda feneſtram aperuerit ſæpenumerò ſexus fœmineus; quod ne fuſius heic comprobemus, ſufficiat nobis illud Syracidis, c. 42. De veſtimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.

Nam

Adam, Sâmſonem, Loth, David, & Salòmonem,
Fœmina decepit: quis modò tutus erit?

Verùm enim verò tanta eſt virorum quorundam ſive confidentia ſive procacitas, ut ſi vel nulla prorſus occurrat idonea ſeditionis movendæ cauſa, hanc tamen undecunq; ſibi tanquàm unicum achillium ſuum & optare & aucupari ſoleant. Hujus ingenij erat nobilis ille, quem, ut refert Scineccerus, palam affirmare non puduit, nihil ſibi

moleſtius accidere poſſe modulatione cantilena iſtius, Da pacem Domine &c: *Hanc enim, ajebat, quoties cantari audio, toties mihi in mentem venit optare, ut diabolus cum Sacerdotem tum ipſum etiam ſanũ funditus deleat. Ac quantopere ipſi quidem Deum pro pace, tranquillitate, atque adeo otio conſervando implorant, tantopere ego contrà ipſum ſolicito, ut omnis generis turbas, ſeditiones, atque adeo bella in nos immittat. Vocem hanc non hominis, ſed bovis, vel incarnati potius diaboli eſſe dixerit, qui ſalutem publicam in bonis numerandam cenſet. Hæc Selneccerus.*

Veriſsime quoque pronunciat Q. Curtius, nullum profundum mare, nullum vaſtum fretum & proceloſum, tantos ciere fluctus, quantos multitudo motus habet, utiq; ſi nova & brevi duratura libertate luxuriat. Hæc enim, teſte Livio, natura multitudinis eſt: Aut ſervit humiliter, aut ſuperbè dominatur; libertatem, quæ media eſt, nec ſpernere modicè, nec habere novit, & non fermè deſunt irarum indulgentes

mi-

miniſtri, qui avidos atq; intemperantes plebejos animos ad ſanguinem & cædes irritãt. Hoc cùm videret Seneca, exclamavit: *Quis placere poteſt populo, cui placet virtus?* Dato quoq; ſeditionis alicujus concitandæ capite, manifeſtum eſt, quòd ei ſtatim ſe aſſociet vulgi fex infima. Concurrunt eò homicidæ, ganeones, adulteri, ſacrilegi, perjuri, qui aleâ, gulâ, Venere patrimonium diſſiparunt, qui ære alieno ſe obſtrinxerunt, qui judiciis convicti ſunt, aut ob facinora enormia rigorem legum adbuc reformidant, adeoque omnes, quorum vel flagitio graviori vel egeſtate exagitatur animus, nec quicquam ſibi ad prædam aut crudelitatem reliquum faciunt, ſacra & profana, divina & humana in eodem cenſu habentes omnia. Quocirca rectè monet Ariſtoteles (in Politicis) exſiſtere mutationes per eos, qui luxu bona ſua prodegerunt, & tales innovare omnia ſtudere, & aut ſibi aut alteri tyrannidem parare. Imperio igitur & jugo aliquali (ut dicetur inferiùs) continenda eſt multitudo promiſcua, nec tantum auræ ipſius tribuendum, ut hujus impetrandæ gra-

tiá ea in ſe admittat gubernator, quæ confuſionem inducant. Hæ ſiquidem introducta ſemel, difficulter poſteà vel corrigitur, vel inhibetur. Neq; enim ſine ſanguine unquam ſedatur tumultus populi, maximè ſi religionis ſpecie, vel ſuperſtitione potius, faſcinati ſint animi; unde mirum in modum ad ſeditionem ſuæq; opinionis, licet frivolæ ac ineptæ, defenſionem propendere ſolet multitudo.

Exemplum ſi requiris, hoc pondera. Anno Chriſtiano 1506. Vlyſſibone (ut autor eſt Oſorius) cùm in æde D. Dominici, ut rebus divinis vacaret, populus conveniſſet, ecce, in quodam templi iſtius ſacello vulnus, quod in latere imaginis Chriſti crucifixi adumbratum erat, operculo vitreo obtegebatur. Cùm igitur multi in vulnere illo oculos & mentem defigerent, ex eo ſplendorem emicantem conſpexerunt. Hinc vociferantur omnes, ingens eſſe miraculum, quo præſentia numinis cœleſtis ad oculum oſtenderetur. Quidam interim ex Hebræis illis, qui non ita pridem Chriſto nomen dederant, miraculum eſſe confidenter negavit

gavit. Quod cùm audiret inconſiderata multitudo, fremere cœpit; Iudæum perfidum & ſceleratum religionis proditorem & Chriſti hoſtem immanem ac importunum appellat, extremoq́ ſupplicio & cruciatu dignisſimum pronunciat. Indè ſic exardeſcit iracunda plebs, ut impetum in hominem faciat, in capillum ipſi involet, & in forum, quod ante templum illud eſt, furibunda eum pertrahat, & crudeliſsimè necatum dilaceret, igniq́ repentè ibidem excitato cadaver in cineres redigendum committat.

In hoc tanto tumultu Mōnachus quidam orationem ſatis popularem habuit, quâ multitudinem, ſponte ſuâ furentem, vehementiùs ad Chriſti vindictam incitavit. Duo. inſuper Monachi elevata cruce accurrentes, & voce plusquàm Stentoreâ, Hæreſin, hæreſin nefandam ſic vindicandam eſſe, gentemque ſceleratam exſtirpandam clamantes, undique eò confluentem populum acriùs adhuc inſtigarunt.

Ruunt igitur amentia & ſcelere flagrantes homines circiter quingenti, & miſeram gentem Hebræam fortiter invadunt, multosq; celeriter trucidant, & in pyras, quæ in foro frequentes jam exſtructæ erant, ſemivivos abijciunt. Et qui cædem hanc perpetrabant, ita humanitatem exſuerant, ut nec lamentabili muliercularum ejulatu, nec acerbiſſimis virorum implorationibus immanitatem ſuam frangi paterentur, quin eam ſine diſcrimine tam ſexus quàm ætatis truculenter exſererent. Adeò ut die illo ultra quingentos homines ex Hebræo genere miſerabiliter necati fuerint atq; combuſti. Sequenti die, cùm ſævitiæ iſtius rumor latiùs diffuſus eſſet, homines audaciam & ſcelus ſpirantes magno numero ex pagis advolant, ſeq; ſicariis reliquis furioſè agglomerant.

Hinc fit laniena major. Et quia univerſa familia Hebræa metu exſternata intra parietes ſuos latitabat, fores perfringuntur, viri, mulieres & virgines immaniſſimè jugulantur, pueri infantes ad parietes alliduntur, omnes pariter, ſive

ſive jam exſpiraverant, ſive animam adhùc agebant, crudeliter ex ædibus, quæ direptioni jam patebant, extrahuntur, & rogo concremandi imponuntur.

Quin etiam eò progreſſus eſt hominum rabioſorum furor, ut in ædes ſacras abſq; ullo numinis metu invaderent, & indè tam virgines, quàm pueros ac ſenes, qui ſupplices ad aras confugerant, evellerent, trucidarent, in ignem projicerent. Multi quoq; quùm falsò Hebræi exiſtimarentur, antequàm probare poſſent, nullam ſibi cum Hebræis eſſe neceſsitudinem, plagis & vulneribus fœdè ſunt affecti. Multi proditores, cùm in inimicos ſuos inciderent, eos Judæos eſſe dicebant, iisq; hoc nomine interitum improviſum attulerunt. Magiſtratui verò tantum non erat animi, ut furioſæ multitudini ſe auderet opponere. Eo igitur die ſupra mille ad hunc modum internecioni dati ſunt. Sed tandem die tertio præſidiis in urbem introductis reprimitur furoris æſtus. Poſteà de ſententia & mandato Magiſtratus ſuperioris, magnus eorum numerus, qui tam nefario ſcelere ſe obſtrinxerant, juſtas im-

manitatis & amentiæ pœnas dedit. Monachi verò, qui allatâ cruce hortatores facinoris ſeſe exhibuerant, ſacerdotali primùm dignitate ſolenniter exſuti ſunt, deindè ſtrangulati atq; combuſti. Qui autem in furore vulgi cohibendo ſegnes exſtiterunt, partim dignitate privati, partim pecuniâ mulctati ſunt, Pluribus hujus cenſus hiſtoriis recenſendis ſuperſedeo. Nam ſui ſimilis quùm perpetuò ſit multitudo, ſupervacanea heic foret largior exemplorum congeries.

Atq; hactenus de cauſis internis, fraude ſcilicet & ſeditione, quarum vi ad mutationem Reſpub. deprimi ſolet, pertractatum eſt. Etſi autem ſeditionum factionumq; fontes & ſcaturigines communiores laxo quodam tractu (id quod noſtri quoq; inſtituti fuit) monſtravimus: tamen haud quaquàm inficias imus, quin earundem aliæ in hac, aliæ in illa magis Reipub. forma locum ſortiri ſoleant. Nam Monarchiæ peſtes capitaliores, ſunt impietas, avaritia, ſuperbia, libido & luxuria. Ariſtocratiæ inprimis exitioſa eſt tum virtutis contemptio, tum ea imperantium paucitas, quæ nimiam ſibi licentiam arrogat,

rogat, invidiæ, ambitioni, & avaritiæ frena laxat, infamiâ & contumeliâ benè meritos onerat, bonorumq; ſceleratorum uſum fructum civibus præcidit; item plebejorum & pauperum à nobilibus & opulentis facta oppreſſio, legum vetuſtarum abrogatio, leviorumq; delictorum neglectus & impunitas. Democratiæ denique vix quicquam æquè periculoſum eſt, atq; ductorum populi & adulatorum petulantia, quâ hi lautioris fortunæ homines inſectantur, & popellum abjectâ libertatis ſpe ad turbas adverſus nobilitate & potentiâ inſtructos viros movendas incitant: quò etiam pertinet nimia uni aut alteri ductorum à populo concredita poteſtas, & exindè orta intemperies; imperitia item, inconſtantia & levitas plebis, cui frequentibus mutationum monſtris nihil optatius eſt, nihil jucundius. Sed nunc ad vim externam accedamus.

CAPUT XIII,

De vi externa, ſeu bello aliundè illato.

Quanquàm vis externa cumulum damnorum gravium ſatis, ac funeſtorum ſecum affert: tamen quoniam aperto Marte ſeſe cognoſcendum prodit hoſtis, minus hinc eſt periculi, quàm ex ſeditionibus internis ſeu bellis inteſtinis, à quibus, tanquàm vermiculis quibusdam, Reſpub. corrodi atq; conſumi poteſt, antequàm rectè animadvertatur malum: ut rectiſſimè dixerit Seneca, Satius eſſe apertum, quàm occultum hoſtem habere. *Undè Philippum in acie tutiorem fuiſſe, quàm in theatro, ſcribit Q. Curtius.*

Ita certè Antigonus Syriæ Rex ſodalibus ſuis nimium fidens, à ſodalibus ſuis occiſus eſt, referente Plinio. Ita Dion nihil mali ſu-

li ſuſpicans, à Calippo interfectus, ut memorat Plutarchus. Pax quidem certè nunquam digno ſatis elogio extolli poteſt, quippè quæ omnium bonorum tam privatorum quàm publicorum uſum fructum ſocietati humanæ conciliat.

Hæc enim facit, ut poſt rigidam belli hyemem agri colantur, vernent horti, paſcantur lætæ pecudes, ædificentur urbes, & collapſæ inſtaurentur, ornentur, augeantur, opes creſcant, leges vigeant, diſciplina Reipub. floreat, religio ferveat, valeat æquitas, polleat humanitas, artes opificum clareant, artium liberalium ſtudia urgeantur, benè inſtituatur juventus; adeò ut dicamus meritiſſimò;

Pax optima rerum
Quas homini noviſſe datum:

Nec quisquam tutius eſt, quàm ab omni contentione & diſsidio abeſſe, quandoquidem concordia præſidium quavis munitione firmius; ſeu, ut Italorum habet proverbium, Unione piû forte di baſtione. *Hoc nimirum eſt, quod modulatur Prudentius,*

Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace,

Con-

Contrà bellorum atrocitate corrumpi Reſpub. imò ſæpiſsimè funditùs everti, nemo, ut noſtra fert opinio, negaverit. Ipſum Belli nomen, quod à belluis derivari volunt, non parum horroris præ ſe ferre dixerimus, quùm eo non unum malum videatur repræſentari. Inter arma ſilent leges, ſine quibus Reſpub. mortua cenſeri ſolet. In bello militibus neglectui plerumq; eſt pietas vitæq; ſanctimonia, dominante omni propemodùm vitiorum flagitiorumq; genere; funditur hûc manus ſanguis, & non rarò innocens ac innoxius; ingens fit viduarum & orphanorum numerus, exhauriuntur loculi, arva relinquuntur inculta, deſertæ villæ, exciſæ urbes, religionis exercitium vel intercipitur vel præteritur, Maximè verò belluinum videtur, quòd in ipſis tumultibus bellicis plurima crudeliter gerantur, dum effuſi per vias milites, obvios quóſq; ſine ullo ſexus, ætatis, ordinis diſcrimine contrucidant: undiq; gladiorum fulgor, armorum ſtrepitus, militum crepitus, oculos, aures, animos perſtringit & obtrudit: puerulorum ejulatibus, mulierculorum lamentis, morientium gemitibus priva-

privata publicaq; loca perſonant: ipſæ urbes penè dimotæ ſedibus ſuis, ſuarum in civium cæde ac ſanguine innatant.

Et quoniam Mars eſt communis, volubilis, ac, ut Homerus inquit; ἀλλοπρόσαλλος. victoria tandem aut anceps relinquitur, aut diviti diroq; cruoris ſtagno ad partem alterutram inclinat.

Hæc licèt ita ſe habeant, adeoq; nihil aliud ſit bellum gerere, quàm aureo piſcari hamo, qui ſi fortè abruptus fuerit, unà cùm piſce fundum petet ac peſſum ibit: tamen poſt habito periculo, uſus rei militaris & olim urgebatur ſtrenuè, & hodie quoq; duces non impigros invenit.

Nec adeò mirum hoc videri poterit, ſiquidem gloria & nobilitas, quæ ex rebus egregiè & fortiter in bello geſtis acquiritur, animo aliàs etiam heroico calcar addit, eumq; ut Marti promptior inſerviat, validè inflammat.

Militia interim ſola & per ſe nobilitatem

tatem nemini conciliat: nam apud Romanos quondam omnes omninò cives militare, tenebantur, neq; tamen omnes fiebant nobiles. Sed miles, qui ad nobilitatis axioma aſpirat, animo ſit, oportet; ad miraculum forti atq; præſenti; hic enim viros invictos efficit. Quo reſpexerunt olim Reges proceresq; Daniæ noſtræ, qui militem, nullum pectatæ virtutis titulo ornare voluerunt; niſi qui unum poſſet impetere, duos excipere; tres modico pedis flexu declinare. Nec generoſæ indolis laus eſt, infirmiſſimum quemq; aggredi; ſed fortes devincere. Quò ſpectant verſiculi:

Incubuit nunquam cœleſtis flamma ſalictis;
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis;
Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos:

Ad indolem ejuſmodi accedat fervidum honeſti deſiderium, quod bellatorem reddit idoneum; neq; enim ullus nobilitati relictus eſt locus, ubi honeſtatis non eſt cultus eximius. Si quis ergo cum Siccio Dentato, cujus meminit Plutarchus, verè gloriari poteſt, ſe annos

annos quinquaginta pro patria ſtipendia feciſſe, centum ac viginti prœliis dimicaſſe, vulnera quinq; & quadraginta, uno die duodecim, omnia adverſo corpore excepiſſe, quatuordecim coronas civicas, tres obſidionales, torques aureos tres & octoginta, brachialia aurea centum & ſexaginta, haſtas decem inſignes, phaleras viginti quinque tuliſſe ille meritiſſimò ſplendida nobilitatis inſignia ambierit, optimoq; jure exambierit. Sin autem ad primas illas pertingere non poterit; in ſecundis tamen tertiisve conſiſtere non fuerit inglorium. Quid verò cenſemus Iulium Cæſarem? qua rei militaris gloria fuiſſe accenſum, qui, ut ex hiſtoriarum monumentis, liquidò conſtat, quinquagies cum hoſte conflixit, & cum de Gallia, Ægypto, Ponto, Africa victoriam glorioſam reportaſſet, vix tamen quieti ſe dedit.

Hodie quoq; non deſunt, qui tyrannidis œſtro perciti potiùs quàm ſtudio gloriæ decentis accenſi, non modo nullam belli movendi occaſionem prætereant, ſed & quamlibet imperij ſui longè lateque extendendi

opportunitatem videantur quærere. Teſtem bujus rei ſufficientem ſe præbet Chriſtiani nominis hoſtis Turca: ut plurium inductione exemplorum res non indigeat.

Sed præter cauſas communiores, quæ contra exteros arma ſuadeant, ut ſunt, defenſio religionis, conſervatio honeſtæ diſciplinæ, propugnatio finium, vindicatio injuriæ, quæ Reipub. illata ſit, ut ita bellum ad pacis publicæ partim conſervationem, partim amiſſæ recuperationem referri debeat, occaſiones diverſas, quæ macharam Marti porrigunt, quùm illæ pro varietate caſuum infinitæ excogitari poſsint, in certas, diſtinctas ac competentes claſſes non adeò facilè aliquis redegerit.

Ex magno igitur occaſionum ejusmodi cumulo, paucas quaſdam, eaſque magis familiares erui ſufficiat, ad quas tamen cæteræ pleræque non incommodè revocari poterunt.

Negari ſanè non poteſt, quin multorum animi tanto interdum flagrent dominandi amore, tanto agitentur imperij dilatandi

tandi ſtudio, ut vel hinc potiſsimum non unius belli facem primitùs exſiſtere pronunciaveris. Ad Alexandrum Magnum reſpice, qui etſi mirâ celeritate regna multa contraxerat, ſuamq; in ditionem perduxerat quicquid eſt fere terrarum ad orientem Solem, & in Europam ex Aſia tranſportarat imperij ſummam, ac in Jndia poſtmodum vires ſuas exſeruerat: tamen cùm audiret ventilari à Philoſophis quæſtionem, pluresne hoc uno exſiſtant Mundi, affirmantibus id nonnullis, in lacrymas ſolutus fuit; & cuidam, cur lacrymaretur, interroganti reſpondit, Sibi non deeſſe doloris cauſam, ſiquidem nondum unius ſaltim Mundi plenum aſſecutus eſſet dominium. Vnaè Aegeſ us hanc aliquando cenſuram prodidit, mirum ſibi videri illud Alexandri effatum: quòd is in animum non induxerit, ſatius eſſe & majori in laude ponendum, ſi quis ſemel accepto imperio benè præſit, quàm ſi de novo adhuc acquirendo ſolicite laboret. Idcircò quoque Scipio Cenſor precari noluit: Dii augete Rempublicam: *ſed;*conſervate.

Nonnulli reperiuntur quoq́, ad bellum ſuſcipiendum quos excitarit, non iſtiuſmodi æſtus aliquis, ſed Zelus Chriſtianus; quo ſublata idolomania, religionis ſanioris propagatio in plures terrarum tractus diffundi poſſet.

Hoc ſtimulo quondam adactus cenſeri poterit Ferdinandus VI. Hiſpaniæ, Aragoniæ, & Navarræ Rex potentiſsimus, ut terra mariq́, Beticam, quæ Granatæ regnum vulgò dicitur, bello ſexennali acerrimè oppugnaret, donec pulſis barbaris, anno æræ Chriſtianæ 1492. triumphum egregium reportarit: ita forſan æmulatus Carolum Magnum, qui longè antea conſimilem animi fervorem catholicæ fidei propagandæ gratiâ oſtenderat, in Saxones vel inprimis, cùm quibus totos annos 33. labore indefeſſo bellum geſsit: tum Ottonem Magnum, Henrici Aucupis filium, cujus opera militari Chriſtianiſmo in Daniam patefactus eſt aditus, anno Chriſtiano 948. cùm eſſet Rex Daniæ Haraldus VI.

Deindè belligerandi occaſionem non ſemel ſubminiſtravit concurſus finium; ſeu diſtin-

diſtinctarum ditionum vicinitas. Nam ut vicino bono vix quicquam optabilius eſt aut utilius; ſic vice verſa nihil eſt moleſtius, quàm in vicinum improbum & avarum incidere. Ideoque Themiſtocles cùm prædium aliquando venditurus eſſet, etiam hoc voce præconis proclamandum cenſuit, quòd prædio iſti bonus eſſet vicinus. Experientia profectò novimus, inter regna vicina rarò tam firmam & ſtabilem eſſe concordiam, quin alterum alteri aliquid incommodi intentare ſoleat.

Hinc lis exoritur atque contentio, hinc gliſcit animorum diſtractio vehemens, hinc ad prælium quandoq; exitioſum concurritur. Ex annalibus rerum Romanarum liquidò conſtat, quàm ægrè imperio Romano cum Carthaginenſi vicino convenerit, & quàm atrocibus funeſtisq; bellis in ſe invicem ſævierint, quùm neutrum eorum juxta ſe perferre alterum poſſet, quin perpetuum utrinq; odium flagraret atq; diſſidium, donec tandem Carthago ſuccubuerit infeliciter.

Cum enim Carthaginenſes, quietis impatientes & otij, reliquis vicinis, & in his Maſaniſſæ, Numidiæ Regi, populi Romani ſocio & amico, vim inferrent, Romani de auxiliis ſolicitati bello tertio Carthaginem adoriri decreverunt, ad annum V. C. circiter ſexcenteſimum quartum. Huic bello præfectus erat P. Scipio Æmilianus, qui quarto poſt anno Carthaginem aliquot diebus vehementer oppugnatam capit, diripit, incendit, evertit. Atq; hic erat urbis potentiſſimæ exitus, quæ & origine vetuſtior quam Romana, & ducum præſtantia non multò inferior, longè lateq; dominium ſuum extenderat. Adeò verum eſt, vix ullum bovem, cui bonus ſit vicinus, gravitati oneris ſuccumbere; & contra. Non igitur ſine cauſa exclamavit Poetarum Latinorum princeps Virgilius:

Mantua, væ miſeræ, nimiúm vicina Cremonæ!

Adhæc ſi rationem fœderum ſpectare libeat, dubium non eſt, quia ſicut hominibus manus, pedes, oculos, aures, ingeminavit Deus, ut quod unico membro commodè effici non poſſet, gemino redderetur facilius; ita

in aliis quoq; rebus ſocietatis mutuæ egregius ſit uſus & commoditas inſignis. Fœdera itidem quoties ſine fuco & fraude contrahuntur, magnum pondus afferunt, tum ad conſervandam Reipub. incolumitatem, tum ad robur earundem magis magisq; augendũ. Quid Helvetios tanta auxit potentia, ut hoſtibus ſuis terribiles evaſerint, niſi fœdera? Fœderibus quoq;, & eorum ſancto cultu non parum crevit Venetorum gloria, quippè qui non ignoraverint, firmiſſimum eſſe ſocietatis vinculum, juſta facere; ſiquidem juſta facientibus etiam Deus amicus eſt & confœderatꝰ. Sin autem inſidiosè aliquis paciſcitur, rariſſimè conſilia ejus eventum ejuſmodi ſortiuntur, quin aut ipſe damnum ſibi accerſat, aut forte alteram quoq; partem in diſcrimen extremum cõyciat. Fœdifragi, ſane vix unquã effugiunt obliquum fortunæ ictum. Deſiderius Longobardorum Rex ultimus, pacto, quod, cum Carolo Magno Imp. inierat, violato Ravennam aliasque urbes obſidione cinxit infeliciter. Nam premente poſtmodùm Carolo, capitur Deſiderius, anno Chriſti 774. atque ita finem ſortitur

Longobordorum imperium. Iſta fallendi via ut olim trita erat, ſic hodie quoque à multis frequentata adeò, ut vulgare illud etiamnum haud ineptè decantaverit aliquis:

Cunctis rebus nunc peractis,
Nulla fides eſt in pactis:
Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.

Periculoſa inprimis ea ſolent eſſe fœdera, quibus potentiori alicui ſe devinciri patitur impotentior. Nam, ut diſputat Lipſius lib. 4. Polit. c. 9. impotens occaſione & pretextu fœderis à nimis potenti opprimi poterit, ita ut dum ſuam regniq; incolumitatem intendit, interitum miſerabilem tum ſibi tum regno attrahat.

Huc nimirùm convenit fabella AEſopica de canibus & lupis. Cùm enim animadverterent lupi, ſibi non virtutem canum, ſed multitudinem obſtare, hos inîſſe conſilium perhibentur.

Mittunt

Mittunt ad canes, qui ab iis, quorum color non diſsimilis luporum eſſet, quærant, cur non potiùs ſecum conjungantur, quibꝰ natura ipſos conciliârit, idq; quod coloris ſimilitudo argueret? Quiq; illis dicant, ſi luporum auxilio adversùs alios canes diſcrepantes colore, uti velint, poſteà ſublatis illis, & ipſos ſolos rerum petituros eſſe, & in perpetua luporum amicitia victuros. Stultis canibus re tandem probatâ, jugulantur canes reliqui & diſcerpuntur; indè hos ſibi concolores nullo negotio circumvenit ac internecioni dat aſtutior luporum cohors.

Præterea non inuſitatum eſt aut inauditum, ſub ſpecie ſive protectionis ſive auxiliorum Reſpub. libertate ſuâ exſui, regna debilitari, & bonâ ſui parte diminui. Turca ſæpiùs hac occaſione uſus, ſtupendum virium argumentum acquiſivit. Nam in Europam circa annum Chriſti 1350. in ſubſidium contra rebelles ab Imperatore Conſtantinopolitano cùm vocati eſſent Turcæ, cognitâ ſenſim terræ iſtius fertilitate, & amœnitate ejus conſpectâ, duodecimo pòſt anno numeroſa gentis Turcicæ multitudo in Thraciam, quæ

ſi Bulgaros oppugnatura eſſet, è ſedibus prioribus transvolavit; ibiq́, captâ ſtatim Adrianopoli, ſedem fixit. Neq́ ullam deinceps latiùs progrediendi occaſionem prætermiſit; ſed ſic perrexit, ut anno Chriſti 1453. Conſtantinopolin quoq́, non ſine acerbo totius Chriſtianiſmi luctu, expugnárit. Eſtq́ memorabile, quòd hæc urbs nobilisſima, ut à Conſtantino Magno Helenæ filio inſtaurata eſt, & imperii ſedes conſtituta; ita ſub Conſtantino Palæologo itidem Helenæ filio à Turcis occupata & ſplendore imperatorio ſpoliata fuerit. Undè quoq́ ſtabilitur acroama, Regna ſæpè in eis deficere, à quorum nominibus primordium duxerunt.

Nimirum

Luditin humanis divina potentia rebus.

Eodem modo in Ungariam poſtea admiſſus eſt Turca, ubi de regno iſto Rex Johannes & Iſabella Regina Ungariæ cum Ferdinando Rege Romano contenderent. Quum enim huic Regi impares ſeſe agnoſcerent, Solymanni Imperatoris Turcici auxilium implorarunt,

plorarunt, qui ſtatim hac oblata occaſione Ungariam populari cœpit, & urbes ejus oppugnare, ſuamq; in poteſtatem pro viribus redigere.

Neq; enim ullæ ſunt occultiores inſidiæ aut viſu difficiliores, quàm quæ officij & benevolentiæ larva palliantur: ideoq; pernicioſior eſt hoſtis occultus, quàm apertus. Ad tractus Germaniæ ſi quis reſpiciat, hanc eandem viam antiquitùs ibi non infrequentem fuiſſe comperiet. Nam Francones hujus rei veſtigia aperta ſatis reliquerunt, ubi quondam illos Thuringi ad opem ſibi contra Suevos ferendam ex Geldria evocârant, iisq; partem regionis ſuæ inhabitandam obtulerant. Etenim quid heic Francones? Parte oblatâ non contenti, totam illam plagam quæ hodie Franconia dicitur, vi occupare tentant, ideoq; catervatim ex habitatione priori advolantes, Thuringos, bonis propè omnibus ſpoliatos, hinc exterminant, & in ea usq; loca, quæ hodie Thuringiæ anguſtiis includuntur, per ſylvas interjectas propulſant. Saxones ſimiliter, qui Angli olim vocabantur, circa annum Chr. 387. in Britanniam contra Scotos & Pictos ex Germania accerſiti, re benè

re bene geſtâ rursùs inde exire noluerunt, ſed pulchritudine regionis allecti cùm paulatim majoribus copiis eò adnavigâſſent, in ſeptem diverſa regna diviſi Britannos ipſos pedetentim excuſſerunt. Cùmq; enim mutuis bellis per annos multos inſemet graſſati fuiſſent, tandem anno Chriſti 800. Egbertus Rex occidentalium Saxonum ſolus penè rerum potitus, edicto ſanxit, univerſam illam gentem Anglicam nominari debere. Sedibus ita pulſi Britanni, in Galliam trajecerunt, ibiq; Armoricam, quæ hodiè indidem Britanniæ minoris nomine cenſetur, invaſerunt. Hinc ergò pateſcit, non niſi extremâ urgente neceſſitate ad auxilium exterorum recurrendum eſſe, quùm eorum animi novâ iſtâ amœnitate ſic ineſcari ſoleant, ut vix ægrè poſtmodùm ipſorum retundi cupiditas poſſit.

Adhæc non poſtrema belli ſuſcipiendi occaſio arripitur, cùm in caſu ἀναρχίας ſeu interregni ſeu ſedis vacantis, ſive quoad electionem ſive ſucceſsionem nativam intricatius negotium exſtiterit. Nam ſi familia, penes quam erat imperium, vel ad incitas redigitur, vel radicitùs emoritur, fit ferè ut inter

ter regni proceres de electione oriatur diſſenſio, quùm alius ipſe imperare velit, alius cum hoc aut illo Principe indigenâ ſtare malit, alius denique extraneis potius favendum cenſeat. Tali præſertim occaſione de imperij ſumma dimicarunt Conſtantinus Magnus & Licinius, usque dum hic prælio victus, & plerisque omnibus exoſus, incurſui militum ſuccubuerit. Germaniam, vacante ſede imperiali, graviter ſæpè afflictam eſſe docent hiſtoriæ. Circa annum Chriſt. 1255. Conrado IV. cum Henrico Landgravio Thuringiæ, & poſteà cum Guilhelmo Hollandiæ Comite de imperio intercesſit dimicatio acerrima, in qua Landgravius Sagittâ perculſus occumbit, Conradus veneno tollitur; Guilhelmus non multò poſt lanceâ confoſſus extinguitur: undè pasſim in regionibus Germanicis, annos quatuor decim dùm durabat interregnum, tot graſſabantur latrocinia, tam altum ſeditionum chaos exundabat, ut omnis ſpes reſtituendæ ſalutis penitus ſublata videretur. Nam Septemviris de electione diſcordiam continuè foventibus, tandem electi ſunt Cæſares duo, Richardus Princeps Cornu-

Cornubiæ Anglus, & Alphonſus Caſtellæ Rex: qui cùm itidem de ſumma rerum diſceptarent, neuter ad culmen illud dignitatis pervenit. In tam diſperata rerum conſtitutione, Rudolphus Habsburgius anno Chriſti 1273. creatur Cæſar, ejusq; prudentiâ imperium paci & quieti priſtinæ paulatim deinceps reſtituitur. Huic mortuo ſucceſſit Adolphus Naſſovius anno Chriſti 1291. qui paulò pòſt inimicitias exercere cœpit cum Alberto Auſtriaco: cumq; offenſam Principum, ac ipſius quoq; Archiepiſcopi Moguntini, cujus potiſſimùm operâ ad dignitatem imperatorium promotus fuerat, incurreret, loco removetur, & eligitur Albertus, qui contractis copiis, & prælio commiſſo, Adolphum graviſſime ſauciatum interficit. Albertus autem paucis pòſt annis, cùm rebus omnibus belle inſtructus iter ſuſcepiſſet, ut Bohemis filium ſuum Fridericum obtruderet Regem; à propinquis ſuis interemptus obiit. An. Chr. 1314. poſteaquàm à morte Henrici VII. interregnum plusquam annum fuerat, Ludovicus Bavarus in diſſenſione Electorum creatur Imperator, quorũ quidam Fridericum Auſtriæ Ducem elegerant. Hinc oritur bellum

graviſ-

graviſſimum. Nam collectis utrinq; copiis magna vi dimicatur ad Eslingam Sveviæ oppidum, ſed æquo fere Marte: deinde rurſus majori impetu in Bavaria; quo quidem in prælio captus eſt Fridericus, magnâ ſuorum clade acceptâ. Sed tamen transactione factâ dimittitur, eiq; conceditur titulus Imperatoris; & ita convenitur, ut utriq; jus ſit diplomata condere, adjuncto alterius nomine &c. In Gallia ex initiis conſimilibus geſta ſunt bella atrociſſima. Cum enim Carolus Pulcher Galliæ Rex non relictis liberis maribus, è vita diſcederet an. Chr. 1327. Eduardus Angliæ Rex, ejus nominis tertius, quòd eſſet Caroli ſororis Iſabellæ filius, regnum ſibi deberi contenderat: proceres autem Galliæ, qui Pares vocantur, ad Philippum Valeſium defuncti Caroli patruelem, faſces deferunt, poſthabito non ſolùm Eduardo, ſed excluſâ etiam Caroli filia poſthuma, quòd iſtius regni hæreditatem ad filias minimè pertinere dicerent. Hinc inter Gallos & Anglos ab anno Chr. 1335, usq; ad unum 1400. bellum æſtuabat nocentiſſimum, cujus memoria utinam utrinq; jam eſſet conſopita. Poſteà vero ut natio utraq; arctiori concordiæ nexu devinciri poſſet, Carolus VI. Galliæ Rex filiam Catharinam Henrico Angliæ Regi in matrimonium dedit, hoc

hoc pacto addito, ut poſt mortem Caroli, quem heres maſculus nondum beârat; Henrico ejusque heredibus Gallia ob affinitatem contractam ſubeſſet. Re utrinq; ſic confirmatâ Carolus non ita multò poſt progignit filium, qui Caroli quoq; nomine inſignitur; Huic ut genuino heredi poſt obitum patris delata eſt Galliæ corona. Contrà inſurgit Rex Angliæ, ſibiq; heic jus omninò favere urget, titulum Regis Franciæ ſibi aſſumit, ejusq; inſignia, quæ adhuc numiſmati Anglico inprimuntur, ad ſe transferre: ac bello renovato majorem Galliæ partem ſubigit, & Carolum VII. in extremas anguſtias redigit, donec reflante fortunâ conciſæ ac trucidatæ ſint Anglorum copiæ ad urbem Aureliam annô Ch. 1428. Sed longiore exemplorum catalogo quid opus eſt, quùm eorum in quibusvis monumentis hiſtoricis nimis magna occurrat copia? Hujus tantùm incommoditatis quod in Dania tempore interregni poſt obitum Friderici I. circa annum Chriſti 1535. accidit, ſpecimen aliquale repræſentabo. Mortuo Friderico, Chriſtianus Sleſvici & Holſatiæ Dux in Daniam, quò à proceribus regni

regni vocabatur, penetrat, & metropolim Hafniam, quæ venienti rebellabat, terra mariq; tam arctè obſidet, ut cives denique ad eſum carnis equinæ, caninæ, & ſi qua eſca eſt horridior, fame premente compulſi fuerint. Interea paupercula quædam mulier, cui in ſinu hærebant infantes gemelli, quùm non haberet ulteriùs, undè viveret, domo relicta in cœmiterium proximum, quaſi ad ſepulturæ locum ingreditur, ibiq; dorſo ad murum inclinato, & admotis ad ubera infantibus famelicis, morte ſua illorum vitæ conſulere enititur.

Sed deficiente lacte materno ſanguinem ex uberibus ſugendo elicit miſella proles, ac tandem cum matre ſimul exanimis corruit. Vt non immeritò quis dixerit, liberos heic non à matre conſumptos, ſicuti alibi factum legimus, ſed à liberis matrem. Imò adhuc triſtius eſt, quòd dum ibi mater ſuperſtes manſit, heic infantes una ſtatim cum matre exſpirârint miſerrimè. In caſtris autem, quibus exterius premebatur metropolis, evenit, ut milites tres impietate diabolica agitati, & immanitate

efferati plusquàm Cyclopica, eam in mentem firmiter conſpirârint, à perpotatione vini ſublimati, quo mirum in modum ſe ingurgitare occeperant, ſibi haud quaquàm reſpirandum eſſe donec quid animæ in corpere foret reſiduum. Atque hoc votum ſceleratum, probè probeq́ perpotando, & plauſtra Sacramentorum aliasq́ atroces & planè inauditas blaſphemias adverſus Majeſtatem divinam eructando, ſedulò exſequi contendunt. Hinc jubent capitanei, ut blaſphemi iſti nebulones in compedes ferreas cōpingantur: quod mandatum cùm jam jam expediendum eſſet, fortè fortuna globus tormentarius de illa quidem urbis regione, ex qua toto obſidionis tempore ne globulus quidem emiſſus fuerat, in caſtra projectus blaſphemos compotationi intemperanter inſtantes ſic transverberat, ut uni caput detruncet, alteri brachium tollat, tertio mediam corporis partem abruptam per aëra disjiciat, non ſine ingenti ſpectantium omnium admiratione. Hoc nimirum pacto dignas impietate ſua pœnas perſolverunt nefarij illi ventres, corporumq́ ſimul & animarum jacturam

procul

procul dubio fecerunt. Sed de his alibi fuſius.

Et quid porrò in rimandis bellorum occaſionibus longiores ſimus? Profectò ſi quis omnes recenſere conaretur, oleum, quod dicitur, & operam perderet: ſiquidem bellum aggrediendi mille viæ, quarum unam, ſi qui amore Martis ducantur, nullo propè negotio invenerint.

Neq; enim tantæ artis eſt arma capere, quantæ virtutis excitati Martis fervorem convenienter reſtinguere. Carolus Burgundiæ Dux in Helvetios, ut referunt annales, tantâ irarum flamma ob ſolum pellium quarundam plauſtrum interceptum incenſus aliquando fuit, ut ardor iſte in grave tandem belli incendium eruperit, ipſiq; adeò Duci in conflictu tertio necem attulerit. Auſtriacos cum Helvetiis de pecuniola, quæ unam circiter libram Venetam precio æquabat, difficili quondam prælio diſceptaſſe: Scotos itidem cum Pictis ob canes aliquot amiſſos dimicaſſe: & Ætolos cum Arcadibus de capite aprino ſimiliter concertaſſe, legimus.

Nimirùm vetus hoc eſt atq; tralatitium, ubi deliteſcunt priùs ſimultatis alicujus igniculi, ut

Quælibet extinctos injuria ſuſci-
tet ignes.

Ideò Dux Carthaginenſium Amilcar de quatuor ſuis filiolis dicere conſuevit, quatuor inibi juvenes leones in exitium Imperij Romani educari: & interrogante Hannibale, Quando tandem Romanis amiciorem ſe præbere vellet, pulverem ſupploſione pedis ſupra caput ſuum disjecit, ſignificans, ſimultatem illam priùs non extinctum iri, quàm partim in pulverem cineremq; interventu mortis redacti forent.

Rectiùs Alexander, qui roganti cuidam, quis eſſet Princeps optimus, reſpondit, hunc optimum ſibi videri, qui amicos donis retinet, & inimicos beneficiis in amicos tranſmutat. Neque hoſtis ullus, quamvis humilis ac imbecillis, contemnendus eſt. Nam & ſcarabæo, ut dici ſolet, ſua vis eſt adverſus aquilam. Q. Sertorius nobili genere natus Romanus, etſi tenuioris erat

fortunæ

fortunæ & propè deſperatæ, tamen eum à C. Mario ſtetiſſet, ac ſolus deniq; ex proſcriptorum numero ſupereſſet, in ulteriorem Hiſpaniam ſe contulit, ubi contractis copijs bellum acerbum excitavit, ac devictis aliquot populi Romani ducibus, in quibus erat Q. Metellus, eò à Sylla contra ipſum ablegatus, urbes complures ſuam in poteſtatem redegit.

Et niſi inſidiosè à ſuis fuiſſet interfectus, Cn. Pompejo, eodem poſtmodum amandato, difficilimam Hiſpaniæ recuperandæ viam reddidiſſet. Multum profectò poteſt interdùm fortitudo animi belliq; ſcientia, etiamſi initiò ſtatim non ſuppetat lauta rei familiaris affluentia: ſicuti de Iuſtino I. referunt hiſtoriæ, quod is loco natus ignobili & obſcuro, in juventute ſubulcus exſtiterit, mox faber lignarius, poſtea miles, & tandem Imperator Romanus invictiſſimus ſalutatus fuerit. Semel quoq; concepta vindictæ cupiditas radices quandoque tam altas agit, ut vix ac ne vix quidem ſe patiatur exſtirpari: & quò vehementior fuerit inimicitia, eò acriùs ſequi ſolet ulciſcendi ſtudium.

dium. Nec obſcurum eſt, quàm diverſa ſit indoles nationum quarundam, quantaque hæc ſit diverſitas. Tanta eſt ea profectò, ut nullo amicitiæ glutine ſic contrahi poſſit, quin reſultent ſubinde vetuſtæ ſimultatis ſtructuræ, tabulæq; incõcinnè quæ fuerint compactæ, in fiſſuras denuò rimaſq; diſſolvantur. Optandum quidem fuerat, ἀντιπάθειαν ejuſmodi radicitus evulſam eſſe, ut ne ullum ipſi veſtigium inter Gallos & Hiſpanos, inter Hiſpanos & Anglos, inter Anglos & Gallos, conſpiceretur ampliùs. Germanis certè cum Turcis tam inveteratum intercedit odium, ut in naturam illud abierit, undè ne Herculis quidem clavâ expelli poteſt.

Ex jam allatis manifeſtò colligitur, occaſionem belli non ſemper in nimia dominandi cupiditate, aut Zelo Chriſtiano reſidere: ſed interdum quoq; ex vicinitate & confinio, ex auxiliis ſocijs, ex interregno, adeoq; ex rebus quandoq; leviculis, ad quas tamen ſimultas, odium, aut alij motus conſimiles plerumq; concurrunt, eam depromi.

Interim multò ſatius eſſet, ſi ab omnibus heic expenderetur, præclarum illud

illud Nazianzeni conſilium, ulniſq; ambabus, quod dicitur, in ſinum admitteretur:

Scintilla magnam parva flammam concitat,
Semenq; peſtem viperæ ſæpè attulit:
Id quùm ſcias, & pauculam labem fuge;
Diſcrimen ingens namque gignit parvula.

Et illud Martiani, quo aſſerebat, quandiu pacatè vivere licebit, non eſſe Principi decorum, aut arma induat.

TMEMA III.

De remediis contra Rerumpub. mutationes & corruptiones apprimè conducentibus.

CAPUT. I.

De tempeſtivè adhibenda præſervatione adverſus mutationum pericula.

UT boni ac periti Medici officium non in hoc ſolùm vertitur, ut is morborum cauſas accuratâ indagine rimari, eorumq́ ſymptomata exactè dijudicare norit; ſed ſi munere ſuo ritè is perfungi velit, ac penſum ſibi concreditum eâ, qua par eſt, induſtriá & ſedulitate abſolvere, manum quoq́ dexteritate, quâ poterit maximâ, adhibere debebit, quo morbo jam imminenti occurratur, aut ſi juſto diutius expectatum ſit, pharma-

pharmacis idoneis repellatur malum: Ita nec ſuffecerit viam & rationem mutationum ac corruptionum, quæ Reipub. accidere poterunt, videre, earumq́ fontem & ſcaturiginem nôſſe; ſed medicæ inſuper manus admovendæ ſunt, quibus politiæ corpus ab impendenti malo præſervetur, vel ſi jam infirmari cœperit atq; corrumpi, incolumitati priſtinæ reſtituatur feliciter.

Et quoniam contrariorum contraria ſunt remedia, ſeu (quod eòdem recidit) contraria per contraria curantur; noſtrum erit, ut poſtquàm Reſpub. morbos communiſſimè incidentes commonſtravimus, eorumq; naturam quodammodò deteximus, contraria iisdem opponenda remedia ſimiliter promamus. Priùs autem, quàm id fiat, hoc capite adducenda ſunt nonnulla, quæ ad præmuniendam Rempub. inprimis ſunt neceſſaria: ſiquidem non minùs ille boni Medici partes tuetur, qui exquiſitâ præſervatione malum impendens amolitur, quàm qui jam contractam peſtilentis morbi molem ex corpore ejicit. Neq; enim ullum tam leve eſt incommodum, quod progreſſu temporis, niſi matu-

 rè ei

rè ei occurratur, non ingraveſcat. Hoc eſt, quod Gallorum ſibi vult proverbium;

A petite occaſion
Prend le louple mouton, *Item,*
De pen de choſe,
Vient grand noyſe.

Quocirca iis ſemper præclara honoris delata ſunt elogia, qui malo pullulanti ſtrenuè reluctati fuere, quippe qui prudentiam ſuam ita probaverint, animiq; ſagacis evidens exhibuerint judicium, non ignorantes, omne malum naſcens opprimi faciliùs, inveteratum verò duritie plerumq; incxpugnabili obſirmari, ideoq; melius eſſe in tempore ei occurrere, quàm ancipiti poſteà molimine exerceri, aut poſt exitum tandem ejaculari vindictæ fulmina. Eò ſpectant verſiculi:

Principiis obſta; ſerò medicina paratur,
Cúm mala per longas invaluere moras.

Cuivis igitur ſummam rerum tenenti viro palæſtra heic offertur prudentiæ exercendæ materiâ celebris: in qua quidem res interdùm

terdùm involuta eſt ſatis, & adeò intricata, ut nec Argus, quamvis ſecundùm Poetas oculis obſitus ſeu totus oculeus, latentes cuniculos perſpicere, nec Alexander nodos pluſquàm Gordios diſcindere, nec Delius ille natator nervum animadvertere poſsit, aut ad intima ſcrutinio mentis ſuæ pertingere.

Quare enixè heic aperiendi ſunt mentis oculi, eorumq; acies viriliter protendenda, quò accurata fiat prævíſio temporum futurorum, & minutiſſimæ quoq; occaſiones, quibus Reipub. damnum aliquod inferri poſſit, tanquam ex ſpecula obſerventur. Atq; hac ratione fiet, ut tela præviſa feriant minùs, eludantur dexterius & à Reipub. corpore in ipſos malorum autores recidant.

Edicit hæc eadem prudentia, eo moderamine torquendum eſſe Reipub. clavum, ut ne gubernatoris ex parte ullum irrepat corruptionis momentum. Providendum eſt igitur, ne ſemel approbatæ leges, vigoremq; ſuum conſecutæ, ex temeritate aliqua convellantur, mutentur, abrogentur: ſiquidem ejuſmodi ſive convulſione ſive

muta-

mutatione non minùs conſpurcari, quàm periculosè deformari, ſolet Reipub. facies. Nam ut periculo non caret, arbores annoſas, quæ latè jam ſparſerunt radices, loco movere, & in ſolum aliud transferre: Sic quoq; Reſpub. quæ longo temporis flexu fluxuq; ſuis inveterata eſt inſtitutis, ad aliam vitæ rationem citra vehementes rerum motus traduci non poteſt. Etenim omnes omninò cives moleſtiùs graviusq; ferunt, ſi rebus ſibi conceſſis priventur, quàm ſi ſperatis decidant. Id cùm intelligerent Locrenſes & Thurii, neminem audire voluerunt de nova lege diſſerentem, niſi prius in laqueum immiſiſſet collum; ut ſi perperàm conſuleret è veſtigio ſuffocaretur. Etſi autem periculoſa, ut diximus, eſt legum mutatio, quâ cives, maximè ſi frequentata fuerit, ab obedientia deſueſcunt: tamen quia non vivitur cum hominibus perfectis, adhibenda eſt illa interdùm, ſicubi magna indè & certa exſpectari poterit utilitatis meſſis; interim abeſſe hinc oportet præcipitantiam. Etenim ut orbis ſine ſonitu domitus eſt (verba ſunt Ciceronis) ita etiam leges paulatim & ſine ſtrepitu mu-

tu mutandas eſſe meminerimus, non autem, ut quidam dixit, amputandas.

Inter ipſos porrò ſubditos ne ex injuriis ultrò citroq; impunè graſſantibus, vel diſcorgia oriatur, vel conjuratio exſiſtat ac ſeditio, egregiam certè operam navat Magiſtratus, qui ab odio & amicitia, ab ira & miſericordia vacuus, ſine tergiverſatione judicium exercet: exemplo Alexandri Magni, qui aurem alteram accuſatori præbuit, alteram reo ejusq; defenſioni reſervavit. Hinc Thebis imagines judicum absq; manibus fuere, ſummiq; judices oculos habuerunt clauſos; eò quod juſtitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur.

Præterea, ſi grave aliquod incommodum in Rempub. viis occultis ſeſe inſinuare cœperit, ita tamen ut levi ictu, actuq; facili retundi poſſit, ut potè artificioſâ quapiam & officioſâ fictione adhibitâ, non adeò fortaſſis abs re fuerit velificationem nonnihil contorquere, quo vulgus à ſævitia & furore ad quietem revocetur & benignitatem. Nam ut rei nauticæ peritus gubernator, exſurgente tempeſtate curſum ita moderatur, ne di-

rectè

rectè reluctando navim fluctibus abſorbendam offerat: ſic prudens Magiſtratus, ne in exitium Reſpub. præcipitetur, orientibus ſeditionum procellis ſtrictè ſe non opponit illicò; ſed clavum manu leniori tractando, & vela aliquantulum ſubmittendo, paulatim ad portum ſibi propoſitum contendit. Nec mala cenſeri debet moderatio ejusmodi, quandoquidem illa cum honeſtate nihil habens disſidii bono publico inſervit: multò minùs odiosâ mendacii appellatione inſigniri meretur, quùm hoc ex animo malo profectū ad finem pravum niſu omni atq; molimine dirigatur. Nam autor hujusce tam monſtroſi fœtus eò cogitationes ſuas perverſiſſimas refert unicè, qui proximo ſuo detrimentum aliquod poſſit creare, ut ſaltim in ipſius intellectu vel ignorantiam vel detortam falſamq; ſcientiam gignere, atq; ita ad genuinum προαιρέσεως *ſuæ ſcopum, qui deceptio eſt, pervenire. Interim nullo modo illorum ſententiæ ſubſcribendum cenſemus, qui gerris ſuis ac nugis exquiſito verborum apparatu pictis maſculè contendunt, omnia in quibusvis negotiorum ſecularium momentis poſſe ac debere*

bere fraudibus peragi. Hi nimirùm ſunt, quorum palato illud arridet: ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. Et, Os dulcore litum, ſed fellis acore cor intùs. Verùm quo tandem fuco pingantur fraudes ejuſmodi, honeſtæ & licitiæ cenſeri non merentur. Non enim virtus vera quæ ſit, in vitio ſubſidium quærit; ſed ejus umbra, quæ virtus adulterina dici poterit, ſubſidio ejuſmodi gaudere diſcupit. Ideoq; Ariſtoteles ſocias prudentiæ adjungit, non quidem fœdas fœtidasq; fraudes, ſed συβουλίαν, σύνεσιν & γνώμην. Etenim ille demum vir prudens ſalutari debet, in quo non deſideratur vel conſultatio & conſilii rectitudo, quâ finem bonum honeſtis mediis conſequendum ſibi proponit; vel ingenii perſpicacitas, quâ, quæ recta ſint, judicat & invenit; vel deniq; aptum atq; conveniens de factis hominum judicium, quod, ex mente Philoſophi, ſententiam appellaveris.

Præcipuè igitur in Magiſtratu requiritur ſagacitas, cujus ille beneficio præſentiſcat quid animi ſubditis inſit; & quid agant ii aut moliātur, perſentiſcat, maximè verò proſpiciat, ne ſal-

ne falſo amicitiæ nomine palliati proditores in ſinum Reipub. admittantur. De Wirtenbergenſium Duce Eberhardo proditum eſt memoriæ, quòd is per meram perſpicacitatem & ſagacem inveſtigationem intellectus ſubditorum conditionibus, rerumq; omnium, quæ inter eos tractabantur, momentis exactè cognitis, provinciæ ſtatum eò provexerit, ut illa evaſerit florentiſſima. Hoc Ducis ingenio obſtupefacti ſubditi, quaſi numen quoddam eum coluerunt, dicentes communiter: Si Deus non eſſet Deus, nemo jure majore Deus eſſet, quàm noſter Wirtenbergenſium Dominus. Floruit olim Panoniæ Rex quidam, non minori clementiâ, quàm fortitudine celebris, Matthias Huniades. Eum quùm non fugeret, veritati & loquendi libertati aditum difficiliorem patere in Regum & principum aulas, ipſe non ſemel datâ operâ in venationibus ſuo ſe comitatui clanculum ſubduxit, & vel in ſolitarias opilionum caſulas, vel in pagum aliquem ad pernoctandum ſeceſſit, quò famam rumoresq; de Rege & adminiſtratione Reipub. colligeret. Unde quicquid eſſet vitiorum, quibus vel

vel ipſemet aulici & miniſtri laborarent, id omne ſolerter expiſcari potuit: quod non minimum fortaſsè adminiculum exſtitit, quo is ſuffultus tam prudenter regio fungebatur officio, ut licèt ſolam Pannoniam teneret, Aliæ tamen & Europæ Imperatoribus, ut Iuſtinus memorat, terrori fuerit. Et ſatis longo poſt intervallo Franciſcus Galeatius, referente Jovio ſordidi nonnunquàm mercatoris aſſumpto habitu, per ditionis ſuæ regiones diſcurrens, homines ſimpliciores ſive in via, ſive in diverſoriis oblatos ad miſcenda de Principe colloquia pertraxit, ut certiſsimos eruendo rumores clavum Reipub. eò moderari feliciùs poſſet. Etenim hanc fortè apud ſe fovebat perſuaſionem;

Me juvat à rudibus cognoſcere vera colonis;
Servit adulatrix auribus aula meis.

Graviter ſcilicet Gordianus ad Miſitheum, ut autor eſt Iulius Capitolinus, hanc perſcripſit cenſuram: Miſerum eſſe Imperatorem, apud quem vera reticentur; qui quùm ipſe publicè ambulare non poſsit, neceſſum eſt; ut audiat vel audita, vel à plurimis roborata confirmet. M. Antoninum, cognomento Pium;

biſce Principibꝰ exemplo ſuo præluxiſſe dixeris. Nã ſapientiæ innocentiæq́ laude cõſpicuos viros clàm ad ſe accerſere conſueverat, à quis bꝰ ſeorſim ſciſcitabatur, quid de ſe quiſq́ ſentiret & loqueretur. Atq́ indè hanc commoditatem hauſit, ut ea, quæ juſtè reprehenſa eſſe viderentur, emendaret, eosq́ cautiores juxta & meliores redderet, qui à conſiliis ipſi erant; quùm vereri poſſent, ne ſi foris ille conſiliis commodioribus inſtrueretur, ipſimet aũt imprudentiæ arguerentur, aut certe verſutiæ ac infidelitatis. Laudem igitur egregiam promerentur Reges & Principes, qui in Reipub. adminiſtratione non ita ſeſe ab aliorum quorumcunq́ nutu & conſiliis pendere ſinunt, quin ipſi quoq́ ſedulò ingenij ac judicij nervos intendant, ſuorumq́ oculorum aciem in ipſam rerum ſecretiorum medullam vibrent, quò nihil, quod ad ſalutem & incolumitatem ſubditorum faciat, deliteſcat incognitum. Interim tamen meritiſſimò quoq́ audiuntur rectè judicantium conſilia ac monita ſalutaria: ſiquidem nemo tantâ pollet ſapientia, qui per ſe omnia ſemper ex amuſſim perſpiciat ac dijudicet.

Priſco imperiorum ſeculo delatores conſtitui

tui ſolebant; quorum partes erant, diligenter explorare, quid animi foverent homines, & Magiſtratum ſubindè hac de reveertiorem facere: imò præmia ſingularia delatoribus ejusmodi, decreta quondam fuere. Quò accommodari poteſt hæc cenſura Tullji: Accuſatores multos eſſe in civitate, utile eſt, ut metu contineatur audacia. Verùm hoc ita eſt utile, ut ne planè illudamur ab accuſatoribꝰ Quid quæris? Vt ſedulò providendum eſt Principi, ne male conſulentibus obtemperet (malè autem conſulunt, qui non tam utilitatem publicam in conſultando reſpiciunt, quàm privatorum affectuum ductum ſequuntur) Ita ſummo ſtudio cavendum, ne delatoribus aurem nimis facilem præbeat.

Iſta enim eſt calumniatorum indoles, ut quæ neutiquàm vera ſunt, ea malitiosè Principi ſuggerant, eiq; hoc pacto fores injuſtitiæ ſævitiæque aperiant. Obſervatum eſt enim à ſapientibus, delatorem vix unum fidelem fuiſſe.

Maßilienſes, ut ex Iuſtino eſt colligere, tam providè ſibi conſuluerunt, ut quùm certos delatores non haberent,

nemini armato, à tempore Commani Regis Segoregiorum, qui ex inſidiis illos invadere tentaverat, aditum in urbem præbuerint.

Et quantæ curæ veteribus incolumitas Reipub. fuerit, vel hinc eſt manifeſtum, quòd antiquitùs, ne ſub ſpecie favoris & amicitiæ cædes committerentur, conſtitutum erat, ut qui ſimultates inter ſe alere cœperant, amicitias ſolenniter renunciarent. Neq; enim minus verum, quàm vetuſtum eſt ἀκρόαμα. Nimia confidentia in periculum præcipitat: provida verò circumſpectio nemini adhuc obfuit. *Quò referat, qui volet, apophthegma Apolonij Thyanæi, qui à Rege Babylonis rogatus, qui tam longo temporis tractu regnum inoffenſo pede in flore conſervâſſet, reſpondit: Pari modo tu regnabis, ſi multos honoraveris, paucis verò credideris. Nam laqueus melleus ſimulatio & adulatio. Quocirca memorabile eſt, quod de Carolo Canuto Gothorum Rege memorant Hiſtorici. Is autem præfectis & familiaribus ſuis cùm plus æquo crediſſet, regnoq; ejectus ad Caſimirum Poloniæ Regem fugere conſtituiſſet, à quodam verò ſuorum, præparatis jam navibus, interrogaretur, numquid in terrâ neglexis*

glexiſſet, quod adhuc expediendum eſſet? Neglexi, inquit, multis jam annis te tuiq́ſ ſimiles in crucem agere: quod ſi effectũ reddidiſſem, nunc mihi regno cedendum non foret. Hinc ergo liquidò perſpici poterit, nihil fermè deterius eſſe, nihil pernicioſiꝰ, quàm ſi tali in negotio exſtiterit major negligentia, vel attentio remiſsior. Nam ſecurus facilè decipitur, deceptus non difficulter opprimitur. Nicephorus Phocas Imperator, cùm libellum, quo conjuratio Therphonia & Ioannis Zimicis deſcripta continebatur, ſibi exhibitum abijceret, & quaſi nihil ſubeſſet periculi, relata iſta negligeret, eâ ipſa nocte à conjuratis trucidatus eſt. Accha Thebanorum Tyrannus per literas ſimiliter de factionibꝰ proditoriis certior redditus, ac monitus etiam, rem agi ſeriam, frivolum hoc totum eſſe autumabat, ideoque reſpuendo mõnita ſalutaria fatum ſibi acceleravit: eâ enim nocte à Pelopida cæſus interiit. Eventibus hujusmodi plenæ ſunt hiſtoriæ, eoq́ magis cautum ac circumſpectum hac in re Magiſtratum eſſe convenit; ut Reipub. non adeò facilè infligantur id genus vulnera. Tryzum tamen ut quis imitetur, nulla cogit neceſsitas. Is enim ſicut refert

Æliano, ut conjurationes civiles prohiberet, ſubditis legem poſuit, quâ no ſolùm colloquia ſermonesq; mutui, ſed nutus etiam oculorum & geſtus manuũ, adeoq; fletꝰ & ſuſpiria interdicebantur: Sed eventu inauſpicato: nam quorum oculis lacrymandi facultatem ademerat, eorundem manibus infelix ſuccubuit. Vbi igitur via planior teneri poterit, ibi alienum fuerit ſemitam aſperiorem eligere.

Poſtremò, quoniam amicitiæ reconciliatæ ut plurimùm lubricæ ſunt, periculoſæ, & evanidæ, in ijs potiſsimùm naturis, quæ generoſæ non ſunt ac heroicæ, ſed degeneres ac vindictæ ſitientes; ſummâ curâ niti convenit, ne facile ejuſmodi amicorum fidei te committas, eorumve ſequaris conſilia. Fieri enim poteſt, ut hinc, quùm verſatile ſit hominis ingenium, occaſionem decipiendi arripiat amicus iſtiuſmodi. Atq; hæc eſt cauſa, cur legibus ſtatutum ſit, ne quis ſtatim poſt reconciliationem vel judex eſſe permittatur, vel teſtis cenſeatur idoneus; quùm nondum ſatis conſtet, prorſusne exſtinctum ſit odium, an ſcintillæ quaſi ſopitæ etiamnum lateant, quibus ſi fomes ſubminiſtratus fuerit, fa-

facilimè excitatur incendium, cujus vi mœnia, urbes, ſylva, regiones in favillas ac cineres redigi poterunt. Sedula interim danda eſt opera, ut amicitias ex inimicitiis in gratiam revocatas ſummâ fide nos ipſi tueamur, ne perfidorum more lapidem unâ manu ferre deprehendamur, panem offerre alterâ, neve ullius vel leviſſimæ de nobis ſuſpicionis præbeamus indicium: heic enim fit ferrè, ut ſi quid commiſeris, id non imprudentiæ, ſed malitiæ aſcribatur & perfidiæ.

CAPUT II.

De cautione in ordinandis civibus; item de tollendo otio & ignavia.

Jam tandem recurrunt corruptiones Rerumpub. tum internæ ac civiles, tum externæ & forinſecùs illatæ: quò nunc de remediis diſpiciamus, quorum applicatione morbis illis vel obviam eundum ſit, vel ſi jam irruperunt, via ſic obſtruenda, ut quo acceſſerunt tramite, eodem rurſus propulſentur. Curam nullam aut ſolicitudinem heic nobis creari patiamur, ex numeris

Platonicis, ex fato Stoico, ex aſtris, cometis, eclipſib9, revolutione, eccentrici terræ, ex auguriis, aliisve involucris conſimilib9. Quemadmodum enim qui infirmitatis ſuæ cauſam tantummodò fictitiam referunt, non quærũt opem medicam: ita Reipub, ex commentitia principiorum ejusmodi congerie morbos jactanti, vix ullum conveniens remedium adhiberi unquam poteſt, ideoq; cura Medici ibi fuerit ſupervaçanea. Idcircò reſectis rejectisq; fictitiis, realia evolvenda ſunt, ac moſ limine quàm licebit maximo urgenda.

Quoniam igitur ſeditiones, ut morbi Rerumpub omnino interni, principium ſuum à multitudine ſortiri videntur, ſiquidem, juxta Græcanicum illud, πολλὴ ἐν τοῖς ὄχλοις ἡ ταραχή, *& ſecundum tralatitium iſtud,* Seditionis mater multitudo populi: *admodum circumſpecta cura adhiberi debet in cenſu numeroq; civium inducendo. Imprimis autem cautio magna requiritur, ut in recipiendis intra civitatis pomeria hominibus peregrinis, omnis abſit temeritas. Rationes profectò ſuppetunt, quæ peregrinos à communione civitatis arcendos eſſe ſuadeant. Nam extra periculi aleam ſitum non eſt, ſi facilè recipiantur incogniti; quandoquidem fieri poſſit, quem tu fidelem civẽ fore ſperaras, hunc degenerare & in proditorẽ abire, undè certa Reipub. clades exſpectanda. Teſtes ſunt Babylonij, recepto*

Zopy-

Zopyro: teſtis eſt Xerxes, qui magno cum damno Demaratum ſecum habuit conſiliorum ſuorum proclamatorem.

Nec infrequens eſt, homines efficta quadam amicitiæ ac fidelitatis imagine, tanquam glaucomate faſcinari, & in exitium agi præcipites. Etenim hac viâ Abner & Amaſa, nihil omninò ſuſpicantes mali, à Joab nefariè trucidati ſunt, dum ille verbis amicis credulum ſe præbuit, hic oſculo fraternitatis locum dedit. Et quis præſtare poſſit, peregrinum, undis perſecutionum Rempub. concutientibus, fidelem civitati manſurum, præſertim quùm eo boni publici ſtudio non ſit accenſus, quo flagrat γνήσιος aliquis & innatus civis? Quid cenſes fœcundam illam morum ſtudiorumq; varietatem, quam ſecum importat nationum diverſitas? Num hæc ad alendam fovendamq; in civitate concordiam apta ſatis videbitur & accommoda? annon potius ad antipathiæ odiiq; mutui igniculos concipiendos idonea? quùm aliàs vix una aliqua natio ob diverſitatem civitatum in uno eodemq; concordiæ gradu poſſit conſiſtere. Conciliet quiſpiam Scythas crudeles & Lo-

tharingos mites; Romanos frugales & Sybaritas luxorioſos; Narbonenſes candidos & Britones vafros; Senones fortes, & Lacones timidos; Italos devotos & Cenomanos profanos. An inter hos, & diverſos plures, firma amicitiæ fœdera vigere, & conjunctio ad communionem civicam unicè neceſſaria, florere poſſit, judicio ancipiti diſtrahi licebit. Veruntamen quicunq; ejuſdem ſunt corporis, par eſt, ut ejuſdem quoq; ſint voluntatis: ſecùs enim ſi fiat, reſultabit harmoniæ perturbatio. Nonne Corcyræi à peregrinis in civitatem cooptatis, æſtuante bello Peloponneſiaco, in vincula conjecti, adeoq; internecioni dati ſunt? Ait Bodinus. Quis Reipub. Syracuſanæ florem dejecit? Peregrinus. Quis Londinum infecit? Peregrinus. Quis Budam evertit? Peregrinus aſſumptus. Ut nobiljam dicam, ſolis exterorum negotiatorum commerciis facilè corrumpi etiam benè inſtitutas civitates; eò quòd ad imitandum nequitiam omnes magis dociles ſimus, quàm ad virtutem. Ita enim naturâ comparatum eſſe conſtat, ut proclivis ſit malorum æmulatio; & quorum virtutes aſſequi nequimus, citò imitemur vitia. Quá etiam de cauſa

Spar-

Spartani peregrinos nunquàm voluerunt recipere.

Interim tamen hæc omnia rationum momenta non niſi cum grano ſalis accipienda ſunt. Si enim ad arguendam temeritatem illam, quâ omnes promiſcuè extranei in cenſum civium referuntur, adducta fuerint, ſuâ ſatis mole nitentur: ſin autem contra omnes omninò peregrinos ita torqueantur, quaſi nullus planè locus ut ut digno & probato extraneo in civitate concedendus ſit, ponderis ſunt levioris, quâm ut centrum attingant. Quùm enim ipſa natura ſocietatem mutuam inter homines ſuadeat, ab humanitate ſeu indole humana alienos nos prodiderimus, ſi homines conſuetudine noſtrâ ſatis dignos ſe probantes, noſtramq; expetentes communitatem, præcisè ac ſimpliciter reſpuendos cenſeamus. Quò accedit, quòd cum dignis probisq; ſodalitia inire, Reipub. conducat plurimùm. Nec deſunt exempla, quæ peregrinos cum delectu accurato receptos inſigni & emolumento & ornamento Rebuſp. fuiſſe oſtendant. Hinc certè Romulus ſummis laudib9 extollitur, quòd civitatem ex diverſi generis hominibus prudenter conflaverit.

Et, ut

Et, ut Plutarchus memorat, Theſeus civitate peregrinis propoſitâ, urbem effecit clariſſimam. Alexander Magnus urbem ad oſtia Nili exſtructam, & de nomine ſuo Alexandriam vocatam, peregrinis ſimiliter (Joſepho teſte) patere voluit, quâ ratione eandem florentiſſimam reddidit. Teſtatur quoq; Polyd. Virgilius urbem Londinenſium itidem ampliatam & amplificatam eſſe, poſtquàm Richardus Rex peregrinis jura civitatis inibi conceſſit.

Quod autem ad pericula attinet, ex peregrinorum aſſumptione enaſcentia certum eſt, & iſta, quæ enumerata ſunt ſuperiùs, & quàm plurima alia incommoda, prævia diſcretione ac conſultatione juſtâ, commodiſſimè præcidi poſſe. Nihil enim temerè heic tentandum eſt, nihil impetu rapidoq́ ſtatuendum aut concludendum: omne ſiquidem temerarium ac ſubitaneum eſt naturæ inimicum, nec ſtatum aliquem fixum, diuturnum & felicem poteſt obtinere.

Non quidem diſſimulandum, quin extraneorum in civitatem receptio civibus innatis ſeu originariis (αὐτόχθονες vocantur Græcis)

cis) tumultus excitandi anſam interdum præbeant, ubi præſertim his iſti commerciorum uſu lucrum quaſi præripiunt. Sed & huic incommoditati convenienter obviam iri poteſt, ſi præmiſſo delectu ſingulari extraneis; quos vita morumq; integritas jure civico dignos exhibuit, certæ cohabitandi conditiones præfigantur, etiam quoad commercia; aliaq; id genus negotia. Nam originariorum rationem majorem ſemper haberi oportet; quàm illorum, qui aliunde advolârunt; Etenim qui ex ipſis quaſi viſceribus civitatis trahunt ortum, nexu duplici, naturali videlicet & civili, Reipub. devincti ſunt, id quod in cæteros non convenit. Conſtat verò fortiorem vim ac robur firmius ad ligandum & obligandum vinculo duplicato quàm ſimplici ineſſe; Atq; hoc eodem nomine officia publica non tam adventitiis, quàm nativis civibus in quavis benè conſtituta Repub. demandari ſolent. Nam præterquàm quòd iniquiſſimum ſit, nativum quodlibet idoneum pro aſſcititio negligi; certè ipſi patriotæ, ſi heic fuerint neglectui, à Repub. alieniores ſiunt; cùm aliàs manifeſtum ſit, incolas primigenios;

quàm-

magiſtratus, qui decreta ſua & judicia pro ludo & joco haberi non permittet. Verùm enimverò in florentiſſima Venetorum Repub. obtinuit conſuetudo, ut Senatores in concilium jam ingreſſuri, declinent priùs in ſacram ædem D. Marci, ibiq; omnes, quæ inter ipſos fortè exſtitere, inimicitias & ſimultates deponant, quò liberiori animo & tranquilliori de negotiis ſalutem Reip. concernentibus deliberare poſſint. Sed & nobilibus privatis de minimis quibusq; injuriis illis non licitum eſt mutuò contendere, aut odia & inimicitias inter ſe fovere: imò ſi tale quid inter illos ortum fuerit, in Senatum vocati, precibus monitisq; ſolicitantur, ut S. Marci, quem patronum hæc agnoſcit Reſpublica, filios ſe eſſe meminerint, tantæq; libertatis fratres, quibus indignum ſit diſſidiis rixisq; indulgere, quæ tandem in publicum incommodum facilè poterunt erumpere.

Hoc quidem certè non poſtremum eſt adminiculum, quo Reſpub. illa præ aliis omnibus in flore tam diuturno perſtitit, ut licèt interim non tantùm factionibus inteſtinis aliquoties vexata fuerit, ſed hoſtium etjam potentiſſimorum inſultibus agitata, nunquam

nunquam tamen ſuccubuerit, ſed retentâ ſemper libertate ſe denuò erexerit feliciſſimè.

Adhæc quandoquidem ut in corpore humano, ſi otio illud torpeſcat, morboſi interdum humores generantur; & in ſatis, quæ inculta relinquuntur, herbæ noxiæ ſuccreſcunt, ſic etiam in Repub. ubi inertiæ ac ignaviæ locus datur, fieri ſoleat; purgatione opus eſt aut evulſione; ne vel putredo ſequatur vel ſuffocatio. Heic igitur novit prudens ac providus Magiſtratus torpentes ignavorum animos vellicare, excitare, corrigere; adeoq́, ſi hæc inutilia terræ pondera ad frugem redire nolint; è conſortio benè moratorum civium eadem abigere; ne membra putrida contagium in totum corpus diffundant: Volunt leges Cæſareæ, ut filius, qui propriis laboribus victum ſibi poteſt acquirere, non ſit à patre ulterius alendus; ne filius otio forte ignavo ſe dedat, in vitia & flagitia proruat, parentem gravitate ſumptus ad incitas redigat. Quanto igitur minus ſſ ferendi in civitate, qui ex alienis ſaltim laboribus ſaginari volunt, ac intereà, quum nulli

nulli honeſto exercitio incumbant, technas, fallacias, fraudes, inſidias comminiſcuntur, quādoquidem πολλὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία, *ut inquit Chryſoſtom. mellitiſsimus: Quocircà rectiſsimè in benè diſpoſitis regnis ac Rebus pub. in vitam inertium hominum ac otioſorum diligenter inquiritur, undè de iis conſtare queat, quid rerum moliantur aut agant & quo tandem modo victum ſine labore acquirant. Huc ſpectant peculiares conſtitutiones Saxonicæ Electorales, quibus cavetur, ne hoſpites & caupones otioſis & ignavis hominibus in diverſorio ultra triduum retineant; mandatur quoq; ut ſi è taberna una in aliam pleni & errones fuerint vagati, vel aliâ ratione ſuſpicionem ſibi contraxerint, deferatur ad Magiſtratum, qui accuratè illos examinet, ac ſontes pro merito caſtiget. Ac compertum eſt, hac inquiſitione ſæpe numero detecta eſſe furta, latrocinia, & id genus ſcelera alia.*

Quantum verò incommoditatis in vita communi ex otio turpi naſcatur cùm perſentiſceret quondam laudatiſsimus Athenienſium Dux Pericles, mille colonos Cherſoneſum;

ſum mille in Thraciam, quingentos Naxum ablegavit, ut ita civitas à labe & tabe ejusmodi ſervaretur libera; de quo facto Plutarchus meminit. Eodem reſpexit olim ſumptuaria lex quam Athenæus ſic evolvit:

Eſt optimè hic ſtatutum apud Corinthios,
Si quempiam obſonare ſemper ſplendidè
Videmus, hunc rogamus, undè vivat, &
Quid faciat operis? Si facultates habet
Et reditus harum ſolvere expenſas queat,
Perpetimur illũ perfrui bonis ſuis.
Sin fortè ſumptus ſuperat ea, quæ poſsidet
Prohibemus huic, ne faciat in poſterum
Ni pareat, jam plectitur mulctâ gravi.
Sin ſumptuoſè vivit is, qui nil habet,
Tradunt eum tortoribus. Proh, Hercules!

Nec

Nec enim licet vitam abſq; malo ullo
degere
Talem, ſcias. Sed eſt neceſſe aut no-
ctibus
Abigere prædam, aut fodere muros
ædium,
Aut hæc patrantum jungier com-
mercio,
Aut in foro agere ſycophantam, aut
perfidum
Præbere teſtem. Nos genꝰ hoc mor-
talium
Ejicimus hac ex urbe, velut purgami-
na.

Sed monet inſtituti noſtri ratio, ut ab hiſce remotioribus turbarum ac ſeditionum cauſis advertendis, ad magis propinquas feſtinemus, iisq; remedia conquiramus.

CAPUT. III.

De antidoto adverſus nimium dignitatis, opum, ac potentiæ ſtudium.

AD corruptiones nominatim ſuperiùs adductas ut jam paulò attentius propiusq; reſpiciamus, iisq; opponenda remedia ex ipſo pharmacopolio politico in lucem proferamus, principiò illa peſtis heic conſideranda venit, quæ ex nimia unius alicujus dignitate in reliquorum animis provenire ſolet, invidiæ nimirùm ac livoris rabies, quæ in ſeditionem erumpit faciliimè. Sed quùm abſq; honoribus ac dignitatibus ægrè ſubſiſtat Reipub. corpus, quid, quæſo, pharmaci contra viperinum invidiæ virus in promptu erit? Profectò ſi privati tantummodi negotii cardo verſaretur, minimè heic laborandum forte: tria ſufficerent verba. κρέσσων οἰκτιρμοῦ φθόνος, *quæ eleganter exprimit lepor Italicus;*

Meglio-

Meglio è inyidia ſopportare,
Che di ſe compaſsion dare.

Nam, ut eſt in proverbio, optima cibus invidiæ. *Et quemadmodum in ludis & arena colore purpureo maximè concitantur tauri, qui tamen eſt pulcherrimus: ſic invidiam provocat ipſa virtus; imò vix niſi in præſtantiores telum ſuum exſerit invidorum audacia, exemplo athletarum, qui in curſu non eos reſpiciunt, quos reliquerunt, ſed quos cernunt præcurrere, hos perſequuntur ſtrenuè.*

Verùm quia de totius Reip. ſalute agitur, fervore heic opus eſt & contentione alacri, ne virus iſtud tumorem concitet indelebilem. In hoc igitur tam gravi negotio prælucebunt nobis rerum gerendarum domini ac Magiſtri Romani. Illi enim perſonas quibus ſolennitate publicâ & collectis ſuffragiorum ponderibus honores decreverant, ita munierunt atque tutati ſunt, ut ne vel ſolo nutu quiſpiam illis facile ſe opponeret. Unde cùm accidiſſet aliquandò, ut Servilius Iſauricus honorem debitum non deferret Magi-

 ſtratui

ſtratui, ſupplicio capitis affectus eſt. Et Vectius civis Romanus, cùm prætereunti Tribuno plebis juſta honoris & obſervantiæ indicia non exhibuiſſet, neq́, ut tunc temporis in more poſitum erat, eidem ſurrexiſſet, morti ſtatim eſt adjudicatus. Quin & Lacedæmonij ad conſervandam illibatam officiorum dignitatem, ſeriò ac ſeverè in hanc animadverterunt, qui Ephoro digna reverentiæ ſigna non detuliſſet, at inter alias ipſorũ conſtitutiones legesq́, laudatiſſimas legimus. Sed quid attinet variarum gentium ſtatuta & mores commemorare, quæ pro honoribꝰ Magiſtratus non minꝰ firmiter ſteterunt, ſed acriter quoq́, pugnarunt? Nam ſatis alioquin manifeſtum eſt, & cujusvis prudentis judicio obvium, quòd invidiæ vulgi ac inſipidi populi audaciæ in tempore præcidendæ ſint alæ, ne exvolatu importuno maius aliquod ſubōriatur malum. Publicæ nimirùm ſalutis ratio maxime habenda eſt, & qui primulum irâ injuſtâ exardeſcunt, aliosq́, ad conſimilem invidiæ æſtum commovent, ſtatim retundendi, vel, ſi perrexerint, vi coërcendi ſunt: quo tandem agnoſcant, in tali dignitatis gradu non tam perſonam, quæ officio fungi-

tur

tur, quàm officium ipſum, cui ſuus conſtare debet ſplendor & autoritas. Occurrunt quidem exempla eorum, qui invidiâ malevolorum onerati ſponte honoribus publicis nuncium remiſerunt, illosq́ haud gravate abjecerunt, cum Xenophonte dicentes : Qui tantam ego invidiam ſuſtinere poſſem? *Horum ex numero erat M. Agrippa: Item Ariſtides, Tarquinius Conſul, & alij quos Athenienſium præſertim & Romanorum hiſtoria ſpectandos exhibet. Non reprehendendum profectò eorum illud conſilium, ſi dignitas nimiùm excrevit, majorq́ exſtitit, quàm poſtularet ipſius officii ratio: aliàs non usq́ quoq́ probandum, quandoquidem in ſuis conſtituti functionibus vicem totius Reip. gerebant, cujus vigor absq́ juſto dignitatis ac honoris gradu incolumis ſervari nequit. Non interim alicui probroſum videri debebat, aliquantulum de exiſtimatione majore in gratiam univerſæ Reipub. remittere, cui omnes & ſinguli vinculo plusquàm adamantino adſtricti ſunt. Nam & Pub. Valerius, teſte Livio, tranquillitati publicæ ut conſuleret, magnificas ſuas ædes, quarum ſuperba ſtructura invidiam*

invidiam plebis ſibi contraxerat, noctu dimolitus eſt. Quamvis igitur in caſu ejuſmodi remedium præſentiſſimum in fuga repoſitum eſſe ſentiat aliquis, eam tamen ut quis idcircò arripiat, nulla cogit neceſſitas, maximè ſi honores ſuos tam ſtrictè is non propugnaverit, quin aliquid inde laxari permittat; quò ita civibus ſubtrahatur invidiæ materia, livorisq́; ſuborti anſa præcidatur.

Itidem fermè ſe res habet, ubi ex nimiùm affluentibus divitiarum copiis invidia concipitur. Seditionibus viam ſternit abundantia: iiſdem feliciter reluctatur mediocritas. Ea ſiquidem in Repub. in qua præſunt viri, hoc eſt, neq́; nimis divites, neq́; nimis pauperes, turbas non facile oriri conſtat. Ibi enim ſi divites poteſtatem ſibi vendicare voluerint, medii illi ad pauperes deflectunt: ſin autem pauperes aliquid moliri præſumpſerint, rurſùm ad divites declinant medii; quâ ratione ſic cavetur tumultus omnis, ut nec divites, nec pauperes quicquam ſiniſtri inceptare poſſint. Neq́; verendum eſt, ne ad medios opprimẽdos conſpirent extremi. Pauperes enim & divites nunquã ſe conſociârunt

firmiter-

ſirmiter, quippè inter quos odium eſt non minus, ut videtur naturale, quàm inter virtutem & vitium, lucem & tenebras. Divites pauperibus longè ſuperiores haberi volunt, quàm ut eos ſuâ dignentur ſocietate, pauperes divitibus invident, iisq; viâ quavis inſidias ſtruunt. Et cur, quæſo, divitias opesq; tanto amore proſequi vellet aliquis, ut pro ſtabilienda ſalute publicâ nullam illarum particulam ſibi unquam perdendam ſtatueret! Hujus ſemel collapſæ reparatio eſt difficilima ac propemodùm deſperata: illarum nova quandoq; feliciter. inſtituitur acquiſitio. Quin imò in controverſiam olim vocatum erat, an opes ac divitiæ in bonis numeranda eſſent: Velamentum malitiæ vocabantur à Laertio; nec aliud videntur eſſe, quam inſtabilisquædam & fluxa poſſeſſio, ſecundum lubricum ac incertum vacillantis fortunæ flatum:

Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;,
Irus & eſt ſubitò qui modò Crœſus erat.

Carolus Siciliæ & Aragoniæ Rex ditiſſimus

paupertatem divitiis prætulit in oratione paulò ante mortem habita, quam recitat alicubi Lucius Marineus. Et quis adhuc ambigat, quin ſatius ſit aliquid detrimenti in vilibus iſtis bonis ſubire, quàm totius Reipub. ſalutem & incolumitatem in extremum adduci diſcrimen? Quòd ſi verus divitiarum uſus urgeretur ſedulò, & lautioris fortunæ proceres liberalitatem in Repub. exercere vellent, civium omnium benevolentiam nullo propè negotio ſibi conciliare poſſent. Quia verò major pars hominum ad vitium avaritiæ eſt propenſa, licèt cum illo nihil firmi, nihil ſancti conſiſtat: idcircò ut præripiatur ſuperioribus teterrimi iſtius vitii occaſio & opportunitas, non pauca ſunt Reſpub. in quibus cautum eſt antiquitus, magiſtratum gerentibus à mercatura, aliisq; hujusmodi artificiis, quæ ad quæſtum privatum referuntur, omninò abſtinendum eſſe. Apud Thebanos olim eminentiori muneri politico præficiebatur nemo, niſi qui decennio anteà omni hujusmodi quæſtui valedixiſſet. Nec parum ineſt Reipub. eos, qui ad clavum ſedent, à minima quavis avaritiæ ſuſpicione immunes eſſe. Ideoq; exoptavit C. Pontius Samnis, indultu

fortuo

fortunæ ad ea tempora ſe natum fuiſſe, quib9 Romani dona accipere cœpiſſent: non eſſem paſſus, inquit, diutiùs eos imperare.

Rem ipſam ſi penitiùs rimari voluerimus, comperiemus vix ullam viam ad labem avaritiæ dari planiorē, quàm ſi officium aliquod ſublimius in Repub. homini egeno ac inopi delegetur. Hoc enim eſt haſta argentea aditum parare, & hydropico aquam juſto abundantiùs propinare. Et ſi uſpiam alibi certe heic maximé meretur pervagatum illud. Paupertas edocet artes, & quidem plerumq; malas. Ideò Ariſtoteles in Ephoris Spartanis ſummè reprehendit, quód licèt illi tanta eſſent poteſtate, ut ipſis etiam Regibus ſic imperare poſſent, ut hi & in carcerem compingerentur non tantum à populo, qui ſuis favet, ſed etiam è populo: ac proinde quum paupeſ res eſſent, muneribus quoq; corrumperentur facilimè. Hinc Reipub. converſio, imo everſio non parum promota eſt. Quare providentia magna requiritur, ne ad munera excellentia facilè evehantur pauperiores, ſed ut ditiores potiùs aſſumantur:

Hi enim quoniam liberaliter ſunt educati,

educati, lucro injuſto ſe faſcinari patiuntur difficilius. Nec dubium eſt, quin largitio pecuniæ ſeu corruptela numaria in egentioribus, quàm in divitibus, eò exiſtat perniciosior, quòd in his cauſæ corruptionis ſit ſola avaritia, in illis cum avaritia conjuncta egeſtas. Homines enim inanes ac egentes, vi egeſtatis vendibiles redduntur & corruptibiles. Veruntamen nemo hæc tam præfractè è nobis dici autumet, quaſi ſolis divitibus committi Magiſtratus deberet. Neq; enim magiſtratu dignus eſt aliquis, quia dives eſt, ſed quia in aliis negotiis de Repub. bene meritus, & ad rem procurandam gerendamq; aptus; quò non ſolùm probitas pertinet, ſed prudentia quoq; & dexteritas naturalis. Et certè compendiaria eſt ad Rempub. citò perituram via, ſicubi major divitiarum, quàm virtutis habeatur ratio. Hinc enim non virtuti, ſed opibus cumulandis ſtudebunt cives, adeoq; effœminati evadent, fraudulenti, avari, iniqui. In omni ergo Repub. diligenter providendum, ne divitiis plus, quàm virtuti ſerviant honores, utq; pœna irrogetur illis, qui virtutem pecuniis oppugnare conantur. Ditiores interim Cimonem imitentur, & ne-

& neminι portas claudant, ſed famulo cru menam portante, omnibus ex illa benefaciant, aſsiduè in mentem revocantes memorabile iſtud: μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Et aureolũ iſtud:* ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός. *Largiantur* ἡδέως καὶ ἀλύπως, *exemplo Titi Veſpaſiani, qui quùm neminem unquàm triſtem à ſe abire pateretur, recordatus die quodam nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, exclamavit :* O amici, diem perdidimus. *Sic dubium non erit, quin proſperitatem illam ſint conſecturi, quàm Pompejus Atticus quondam indeptus eſt, qui ſuâ liberalitate & munificentiâ non tantùm omnia declinavit invidiæ tela, ſed talem inſuper apud Athenienſes ſibi attraxit benevolentiæ, gratiæ & favoris auram, ut ultrò ab illis civitas ei offerretur. Et quoniam Reipub. intereſt, ne civium aliquis ditescat cum damno alterius, & ne malè quiſpiam re ſuâ utatur, adhibenda eſt cura circumſpecta & obſervatio accurata, qua potiſſimum vitâ quis ſibi divitias & opes majores colligat, & quorſùm earundem uſum convertat: quali munere apud Ægyptios quondàm functos eſſe Nomarchas, autor eſt Herodotus,*

nuare fas erat. Iſta omnia, inquies ad reſiſtendum potentiæ creſcenti pertinent, non ad evertendum potentiæ acquiſitæ robur. Sic eſt; inquam ego. Verum ſi quis ſuperiores poteſtatis gradus jam occupavit, eoq; nomine civitati ſtatuiq; publico evaſit terribilis; ſæpe quidem diſputatum eſt, ſed nondum planè exputatum, qui potiſſimum incommoditati iſti ſit occurrendum, Ariſtoteles cum iis facit, quorum fert ſententia, potentiores locò movendos, alioq; ablegandos eſſe, ſicuti ab Athenienſibus & Syracuſanis factitatum eſſe conſtat: Attamen contumelia hinc abeſſe debet, & ablegationi prætexenda eſt honoris ſpecies: alioquin periculum erit, ne homines ejuſmodi poſt exitum plurimas Reipub. ſtructuri ſint inſidias, & dominium vi, armisq; ſociorum invaſuri. Ita enim Dion Syracuſanus Dionyſio bellum intulit, cùm jam proſcriptus eſſet ac ejectus. Marcius Coriolanus in exilium à Romanis extruſus, eosdem in extremum exitium præcipites egiſſet, niſi matris, uxoris, aliarumq; fœminarum lacrymis & obſecrationibus motus fuiſſet, & à ſuſcepto conſilio retractus, ut memorat Plutarchus.

tarchus. Exules familiæ Mediceæ ac Tigurini quoq; optimates è civitatibus expulſi, auxiliaribus amicorum ſociorumq; copiis & opibus patriam obſederunt, teſte Bodino, qui Ciceronem imprudentiæ arguit, quòd Catilinam Româ ejecerit, quàm potius detectâ conjuratione intra mœnia ipſum opprimere debuiſſet. Quū igitur adeo periculoſa ſit iſta ſive ablegatio ſive ejectio, Bodinus, hoſtes potentiâ nimiâ inſtructos, qui in ipſis quaſi viſceribus Reipub. ſubnaſcuntur, non tam ex urbe aut regione exturbandos, quam prorſus opprimendos eſſe, vel certè ingentibus beneficijs obligandos cenſet; motus, ut videtur, exemplo Auguſti, qui ex conjuratis alios interemit, alios verò in gratiam receptos infinitâ propè beneficiorum officiorumq; multitudine ſibi devinxit. Atq; haud facilè dijudicavero, utrum Reipub. ſalutarius ſit hoc Bodini conſilium (niſi quod tyrannidi quadantenus videatur ſ. vere) an aliorum iſtud, quo ſuadent, in cuſtodiam conijciendos eſſe robore potentiæ majoris abutentes, ibiq; aſſervandos, donec ſanctè promiſerint, ſe tanta poteſtate jam exſutos, pacatè omninò

cum

X

invidiam plebis ſibi contraxerat, noctu demolitus eſt. Quamvis igitur in caſu ejusmodi remedium præſentiſſimum in fuga repoſitum eſſe ſentiat aliquis, eam tamen ut quis idcircò arripiat, nulla cogit neceſſitas, maximè ſi honores ſuos tam ſtrictè is non propugnaverit, quin aliquid inde laxari permittat; quò ita civibus ſubtrahatur invidiæ materia, livorisq́ ſuborti anſa præcidatur.

Itidem fermè ſe res habet, ubi ex nimiùm affluentibus divitiarum copiis invidia concipitur. Seditionibus viam ſternit abundantia: iiſdem feliciter reluctatur mediocritas. Ea ſiquidem in Repub. in qua præſunt viri, hoc eſt, neq́ nimis divites, neq́ nimis pauperes, turbas non facile oriri conſtat. Ibi enim ſi divites poteſtatem ſibi vendicare voluerint, medii illi ad pauperes deflectunt; ſin autem pauperes aliquid moliri præſumpſerint, rurſùm ad divites declinant medii; quâ ratione ſic cavetur tumultus omnis, ut nec divites, nec pauperes quicquam ſiniſtri inceptare poſſint. Neq́ verendum eſt, ne ad medios opprimēdos conſpirent extremi. Pauperes enim & divites nunquā ſe conſociârunt

firmiter

ſirmiter, quippè inter quos odium eſt non minus, ut videtur naturale, quàm inter virtutem & vitium, lucem & tenebras. Divites pauperibus longè ſuperiores haberi volunt, quàm ut eos ſuâ dignentur ſocietate, pauperes divitibus invident, iisq; viâ quavis inſidias ſtruunt. Et cur, quæſo, divitias opesq; tanto amore proſequi vellet aliquis, ut pro ſtabilienda ſalute publicâ nullam illarum particulam ſibi unquam perdendam ſtatueret! Hujus ſemel collapſæ reparatio eſt difficilima ac propemodùm deſperata: illarum nova quandoq; feliciter, inſtituitur acquiſitio. Quin imò in controverſiam olim vocatum erat, an opes ac divitiæ in bonis numeranda eſſent: Velamentum malitiæ vocabantur à Laertio; nec aliud videntur eſſe, quam inſtabilis quædam & fluxa poſſeſſio, ſecundum lubricum ac incertum vacillantis fortunæ flatum:

Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;,
Irus & eſt ſubitò qui modò Crœſus erat.

Carolus Siciliæ & Aragoniæ Rex ditiſſimus

paupertatem divitiis prætulit in oratione, paulò ante mortem habita, quam recitat alicubi Lucius Marineus. Et quis adhuc ambigat, quin ſatius ſit aliquid detrimenti in vilibus iſtis bonis ſubire, quàm totius Reipub. ſalutem & incolumitatem in extremum adduci diſcrimen? Quòd ſi verus divitiarum uſus urgeretur ſedulò, & lautioris fortunæ proceres liberalitatem in Repub. exercere vellent, civium omnium benevolentiam nullo propè negotio ſibi conciliare poſſent. Quia verò major pars hominum ad vitium avaritiæ eſt propenſa, licèt cum illo nihil firmi, nihil ſancti conſiſtat: idcircò ut præripiatur ſuperioribus teterrimi iſtius vitii occaſio & opportunitas, non pauca ſunt Reſpub. in quibus cautum eſt antiquitus, magiſtratum gerentibus à mercatura, aliiſq; hujusmodi artificiis, quæ ad quæſtum privatum referuntur, omninò abſtinendum eſſe. Apud Thebanos olim eminentiori muneri politico præficiebatur nemo, niſi qui decennio anteà omni hujusmodi quæſtui valedixiſſet. Nec parum intereſt Reipub. eos, qui ad clavum ſedent, à minima quavis avaritiæ ſuſpicione immunes eſſe. Ideoq; exoptavit C. Pontius Samnis, indulta

fortuo

fortunæ ad ea tempora ſe natum fuiſſe, quibꝰ Romani dona accipere cœpiſſent: non eſſem paſſus, inquit, diutiùs eos imperare.

Rem ipſam ſi penitiùs rimari voluerimus, comperiemus vix ullam viam ad labem avaritiæ dari planiorē, quàm ſi officium aliquod ſublimius in Repub. homini egeno ac inopi delegetur. Hoc enim eſt haſta argenteæ aditum parare, & hydropico aquam juſto abundantiùs propinare. Et ſi uſpiam alibi certe heic maximè meretur pervagatum illud. Paupertas e docet artes, & quidem plerumq; malas. Ideò Ariſtoteles in Ephoris Spartanis ſummè reprehendit, quòd licèt illi tanta eſſent poteſtate, ut ipſis etiam Regibus ſic imperare poſſent, ut hi & in carcerem compingerentur non tantum à populo, qui ſuis favet, ſed etiam è populo: ac proinde quum pauperes eſſent, muneribus quoq; corrumperentur facilimè. Hinc Reipub. converſio, imo everſio non parum promota eſt. Quare providentia magna requiritur, ne ad munera excellentia facilè evehantur pauperiores, ſed ut ditiores potiùs aſſumantur:

Hi enim quoniam liberaliter ſunt educati,

educati, lucro injuſto ſe faſcinari patiuntur difficilius. Nec dubium eſt, quin largitio pecuniæ ſeu corruptela numaria in egentioribus, quàm in divitibus, eò exiſtat pernicioſior, quòd in his cauſa corruptionis ſit ſola avaritia, in illis cum avaritia conjuncta egeſtas. Homines enim inanes ac egentes, vi egeſtatis vendibiles redduntur & corruptibiles. Veruntamen nemo hæc tam præfractè à nobis dici autumet, quaſi ſolis divitibus committi Magiſtratus deberet. Neq; enim magiſtratu dignus eſt aliquis, quia dives eſt, ſed quia in aliis negotiis de Repub. bene meritus, & ad rem procurandam gerendamq; aptus; quò non ſolùm probitas pertinet, ſed prudentia quoq; & dexteritas naturalis. Et certè compendiaria eſt ad Rempub. citò perituram via, ſicubi major divitiarum, quàm virtutis habeatur ratio. Hinc enim non virtuti, ſed opibus cumulandis ſtudebunt cives, adeoq; effœminati evadent, fraudulenti, avari, iniqui. In omni ergo Repub. diligenter providendum, ne divitiis plus, quàm virtuti ſerviant honores, utq; pœna irrogetur illis, qui virtutem pecuniis oppugnare conantur. Ditiores interim Cimonem imitentur, & ne-

& nemini portas claudant, ſed famulo crumenam portante, omnibus ex illa benefaciant, aßiduè in mentem revocantes memorabile iſtud: μακάριόν ἐςι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Et aureolum iſtud:* ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός. *Largiantur* ἡδέως καὶ ἀλύπως, *exemplo Titi Veſpaſiani, qui quum neminem unquàm triſtem à ſe abire pateretur, recordatus die quodam nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, exclamavit :* O amici, diem perdidimus. *Sic dubium non erit, quin proſperitatem illam ſint conſecuturi, quam Pompejus Atticus quondam indeptus eſt, qui ſuâ liberalitate & munificentiâ non tantùm omnia declinavit invidiæ tela, ſed talem inſuper apud Athenienſes ſibi attraxit benevolentiæ, gratiæ & favoris auram; ut ultrò ab illis civitas ei offerretur. Et quoniam Reipub. intereſt, ne civium aliquis ditescat cum damno alterius, & ne male quiſpiam re ſuâ utatur, adhibenda eſt cura circumſpecta & obſervatio accurata, qua potiſſimum vitâ quis ſibi divitias & opes majores colligat, & quorſùm earundem uſum convertat: quali munere apud Ægyptios quondàm functos eſſe Nomarchas, autor eſt Herodotus,*

Praterea quùm valdè ſit periculoſum, ſi Reſpub. ſerpentes in ſinu foveat, & in pera mures alat, nimiæ unius aut plurium civium potentia maturè eſt occurrendum. Niſi enim citò huic malo ponatur obex, de ſalute publica actum erit. Nam ſicut ex nimio humore vermes oriuntur & tineæ, quæ progreſſu temporis totam rei ſubſtantiam abſumunt. ita potentiores, niſi eorum conatibus tempeſtivum opponatur remedium, univerſam Reipub. ſubſtantiam in proprium ſuum commodum pedetentim redigent. Non igitur ſine cauſa à Bruto arguitur Cicero, quod in adoleſcentem Octavium æquo ampliorum honorum cumulum conjecerit, eumq; hac ratione ad nimiam potentiam in Repub. obtinendam armaverit: ſiquidem leonem in urbe et nutriri non caret diſcrimine.

Potentiam nimiam, quæ Reipub. non ſemel peſtilens fuit, ejusq; ſtudium immoderatum, frenis diverſis cobiberi poſſe ſtatuimus. Quibus præcipuè in locis Magiſtratus, non quidem ſummi, ſed intermedii ſunt ambulatorii, ita ut ne uni ſoli perpetuo concredantur; hac lege ſuperadditâ, licitum non eſſe

ejus

ejuſmodi magiſtratum adminiſtranti, prædia civium, aliaſve id genus poſſeſſiones coemere, ſuaq; poteſtatis facere: in iis fortaſſe incommodum, quod aliàs ex ſuperfluitate potentiæ oriri ſolet, difficultate minori ſubvertitur, Eo reſpexit Auguſtus, qui neminem ultra quinquennium officio proconſulis fungi patiebatur; ne homines ſic aſſveſcerent imperare, quin iterùm parere poſſent. Quid quòd Reſpub. Romana in vigore & flore perſtitit, dum Conſules annos habuit, Dictatorès ſemeſtres; poſtquàm verò introducta eſt munerum ejuſmodi ſuperiorum prorogatio, vehementer inclinari cæpit. Nec tutum ſatis videtur, uni eidemq; ſæpius conferri magiſtratus dignitatem: ideoq; apud Romanos lex exſtabat, quà ſancitum, ne cenſura, eò quòd excellens eſſet poteſtas bis eidem viro deferretur. Legis illius ferendæ occaſionem præbuit M.Rutilius Cenſorinus, qui, ſi Valer. Maximo habenda fides, ſecundùm Cenſor creatus, ad concionem populum vocatum quàm potuit graviſſimà oratione corripuit, quòd eam poteſtatem bis ipſi detuliſſet.

Neq; tribunitiam dignitatem, licèt minus eminentem, ultra annum continuare

nuare fas erat. Iſta omnia, inquies ad reſiſtendum potentiæ creſcenti pertinent, non ad evertendum potentiæ acquiſitæ robur. Sic eſt, inquam ego. Verum ſi quis ſuperiores poteſtatis gradus jam occupavit, eoq; nomine civitati ſtatuiq; publico evaſit terribilis; ſæpe quidem diſputatum eſt, ſed nondùm planè exputatum, qui potiſſimum incommoditati iſti ſit occurrendum, Ariſtoteles cum iis facit, quorum fert ſententia, potentiores locò movendos, alioq; ablegandos eſſe, ſicuti ab Athenienſibus & Syracuſanis factitatum eſſe conſtat: Attamen contumelia hinc abeſſe debet, & ablegationi prætexenda eſt honoris ſpecies: alioquin periculum erit, ne homines ejuſmodi poſt exitum plurimas Reipub. ſtruct[illegible] ſint inſidias, & dominium vi, armisq; ſociorum invaſuri. Ita enim Dion Syracuſanus Dionyſio bellum intulit, cùm jam proſcriptus eſſet ac ejectus. Marcius Corioelanus in exilium à Romanis extruſus, eosdem in extremum exitium præcipites egiſſet, niſi matris, uxoris, aliarumq; fœminarum lacrymis & obſecrationibus motus fuiſſet, & à ſuſcepto conſilio retractus, ut memorat Plutarchus.

[..]archus. Exules familiæ Mediceæ ac Tigu-rini quoq; optimates è civitatibus expulſi, auxiliaribus amicorum ſociorumq; copiis & opibus patriam obſederunt, teſte Bodino, qui Ciceronem imprudentiæ arguit, quòd Catilinam Româ ejecerit, quàm potius detectâ conjuratione intra mœnia ipſum opprimere debuiſſet. Quàm igitur adeo periculoſa ſit iſta ſive ablegatio ſive ejectio, Bodinus hoſtes potentiâ nimiâ inſtructos, qui in ipſis quaſi viſceribus Reipub. ſubnaſcuntur, non tam ex urbe aut regione exturbandos, quam prorſus opprimendos eſſe, vel certè ingentibus beneficiis obligandos cenſet; motus, ut videtur, exemplo Auguſti, qui ex conjuratis alios interemit, alios verò in gratiam receptos infinitâ propè beneficiorum officiorumq; multitudine ſibi devinxit. Atq; haud facilè dijudicavero, utrum Reipub. ſalutarius ſit hoc Bodini conſilium (niſi quod tyrannidi quadantenus videatur favere) an aliorum iſtud, quo ſuadent, in cuſtodiam conjiciendos eſſe robore potentiæ majoris abutentes, ibiq; aſſervandos, donec ſanctè promiſerint, ſe tanta poteſtate jam exſutos, pacatè omninò cum

cum cæteris civibus deinceps victuros eſſe, minimiq; litium ob ademptam ſibi potentiam moturos. Quo accedit, quòd maioris ſecuritatis gratia, filii eorum ad factum conſimilem aſpirantes, quaſi obſides benevolentiæ ac fidei, apud alios detineri poſſint. Hunc retinendi morem viguiſſe quondâm, Darii, Commodi, Zophalenſium, & aliorum exempla comprobant, de quibus Herodianus, Herodotus, Oſorius, aliiq; commendati ſunt.

Supereſt adhuc alius nimiam potentiam cobibendi modus, in eo nimirùm conſiſtens, ut eminentiâ ejuſmodi exſultantibus, minasq; ſpirantibus iuſto graviores, Magiſtratus alii poteſtate non admodùm diſpares opponantur; quò ita clavus clavum trudat commodius. Hanc viam tenuerunt Lacedæmonii, dum Regibus Ephoros; & Romani, dum Conſulibus tribunos, objecerunt.

Et Commodus Imperator Perennio militum præfecto, cùm is aliquid monſtri aleret, præfectum alium adjunxit æqualis poteſtatis; qua ratione averſum eſt, quod imminebat, periculum. Sic in Senatum Polonorum inducti ſunt nuncii terreſtres, & apud

Cretens

[illegible]enſes coſmi conſtituti, ut ſtrenui liberta[illegible] aſſertiores eſſent, & incolumitatis publi[illegible] vindices enaeſſi.

Illud autem remedium, quod de valentioribus intra civitatis pomeria opprimendis affertur, locum vix merebitur & ne vix quidem, niſi fortaſsis ibi beneficius officiisq; nihil apud eos promoveri aut obtineri poteſt. Tunc certè non differendum eſt negotium, ſed certiſsimè expediendum, ne ſi adverſarii ſeditioſi, eorumq; complices ſubodorentur, quid capiatur conſilii, peſsima queq;, furoris ac deſperationis œſtro perciti, corpori Reipub intentent: quod non raro accidiſſe, ſatis ſuperq; ex annalibus variis licebit cognoſcere. Nam ſi res ſuſpedatur paulisper, periculum eſt, ne iis tendantur inſidiæ, qui conſilii iſtius autores primi extiterunt. Adeò ut licèt quiſpiam hetc(iallorum Reges imitatus ſtipatores cuſtodesq; corporis ſibi conſtituat, qui ab inſultu ſicariorum tutior ea[illegible] agatq; vix tamen firmam ſib. pollicebitur ſecuritatem, quùm inſidiarum technarumq; mille ſint viæ. Neq; enim vel ſanguinis conjunctioni, vel amicitiæ fœderibus tali in caſu fides tutò habenda.

Etenim nulla eſt tam ſancta familiaritas, nulla tam arcta ſocietas, quam dominandi amor & vindictæ cupiditas non diſſiciat, frangat, ſpernat, & in Orcum abire jubeat.

CAPUT. IV.

De antidoto contemptui, odio &c. opponenda.

UT priſca Poetarum familia non minùs graviter quàm jucunde oſtenderet, animos ſubditorum à ſuperioribus authoritate magis, quàm rigidâ juſtitiæ exſecutione, intra officij cancellos contineri, ſigmentum hoc adornârunt, quod in Palladis ſcuto Gorgonis Meduſæ caput pictum fuerit: quodq; eo objecto Perſeus homines in ſaxa converterit. Nam impreſſa magiſtratui autor

...ieritatis tanta vis eſt, ut non ſolùm in bonorum animis admirationem & amorem ſui excitet; ſed etiam malis tantum metum incutiat, ut non audeant in magiſtratum injicere manus, eumq; violare. Undè lictor ille armatus, qui ad occidendum Marium Conſulem proſcriptum apud Minturnenſes & in carcere detentum, non auſus eſt illi quamvis decrepito & inermi vim afferre, ſed veluti occultâ quadam majeſtate Marii deterritus, à facinore concepto abſtinuit. Quoniam igitur majeſtas imperantis, quaſi anima eſt totius regni, quâ decedente nihil fermè, niſi cadaver, reliquum erit; operæ pretium facit magiſtratus, qui huc omnes intendit nervos, ne dignitati ſuæ & autoritati ulla contemptus alicujus labes aſpergatur. Quamvis autem contemptus ille, quem vulgus in Magiſtratum quandoq; dirigit, originem ducat ex variis cauſis, poteſt tamen varietas illa, quantacunq; ſit, ad duo quaſi capita revocari, quorum prius in adminiſtratione regni, poſterius in inſtitutioee vitæ ac morum ſpectetur.

Nam ſi intercedenter clavum Reipub. moderatus

deratus fuerit imperans, ſi religionis c… abjecerit, ſi publici boni rationem non ha… rit, contemptio in animis ſubditorum naſ… tur, quæ facilè in ſeditionem erumpit. Be… igitur ac prudentis magiſtratus erit, dili… ter ſibi à defectibus iſtis cavere, ſuamq; Sp… tam ſolicitè exornare, ſi majeſtatis a… gene… rationis decori ac Reipub. itidem incolumi… tati rectè conſultum velit. Ut autem feli… ter ingrediatur imperandi viam, à timore… Domini ordiatur, neceſſe eſt, ſine quo inf… citer ſuccedet, quicquid ſuſceperis. Nam… Livius dixit alicubi, omnia proſpera eveni… unt colentibus Deum, adverſa ſpernanti… Leges igitur ad religionem muniendum per… tinentes incuſſas ſervabit magiſtratus. Reli… gio enim ſincera, Deoq; cultus, primum d… bet eſſe principatuum rerumq; publicarum… mnium ſtabilimentum, ut rectè cenſent… ri prudentes. Naturaliter, ait Tullius, … innatum & inſculptum eſt hominum men… tibus, ut religioni multum tribuant, e… vcantur, & Deos patrios, quos à majoribus… acceperunt, colendos ſibi diligenter & reti… nendos arbitrentur.

Et quon…

Et quum religionis mutatio in Rebuſpub. ingentes omnino clades inducere ſoleat, id quod ſatis ſuperq́; teſtatur experientia; magiſtratus erit, puritatem ac unitatem fidei Chriſtianæ firmiter conſervare; non autem illorum veſtigia premere, qui ſubditis ſuis novam effictæ religionis ſpeciem obtrudunt, atq; ita Eccleſiam Chriſti ſpecioſo reformationis titulo abutentes turbant ac deformant; ipſi interim à veritatis orbita remoti, non tam fidelium paſtorum, quàm rapacium luporum naturam æmulantur. In hoc nimirum pateſcit inſigne truculentiæ, feritatis, & rapacitatis lupinæ exemplum, quòd introductâ innovatione illâ præpoſterâ bona Eccleſiaſtica diripiantur, & ad canes interdum & equos alendos transferantur indignè.

Et quia monſtroſi admodùm ac horrendi fœtus & religionis diverſitate enaſcuntur, operam ſuo dignam officio navat Magiſtratus, qui omni ſtudio, curâ & diligentia præcavere enititur, ne ſectæ variæ in Rempub. irrepant, eiq́; perniciem offerant.

De Regibus Ægypti proditum eſt memo-

rie, illos, ad præcavendam conſpirationem
Ægyptiorum, varietatem Religionum [illegible]
duxiſſe, ut ita inter ſubditos diſſentientibus per-
plurimis ſententiarum diverſitate, ipſius tutelæ,
quæ vellent, ſtabilire poſſent: quæ aſtutia ne
imperio Romano fraudi aliquando foret, cauti-
ma id maioris impoſitum eſt tandem edicti-
bus, ut providerent, ne alii, quàm Romani
Dii colerentur: Verùm ſi præter omnem ſpem
ac opinionem, quaſi per cuniculos ingreſſam
in Rempub. ſibi paraverit hæretica pravitas,
ſectarumq; ſatores laneis, quod dicitur, pedi-
bus, ſingularibus technis, & fraudibus arti-
ficioſis obliquè occulteq; intraverint, noverit
pius veræq; fidei addictus Magiſtratus, re co-
gnitâ, eoſdem debito ſtatim more modoq; re-
primendos eſſe, &, ſi præfractè errores ma-
nifeſtos defenderint, ſic tractandos, ne pro-
fanitate opinionum, ac dogmatum falſitate
inficiant alios, & ſeditionibus facem præfe-
rant. Atq; hic Magiſtratui facto ſuo præ-
lucent pii Reges & Imperatores, Aſa, Joſa-
phat; Ezechias, Joſias, Conſtantinus Ma-
gnus, Theodoſius, Valentinianus, Marcia-
nus, & alii, quibus nihil majori curæ fuit,

quàm

quàm conſtans ſinceræ religionis conſervatio, & falſarum opinionum, ipſorumq; adeò hæreticorum ſeria exſtirpatio. Horum veſtigiis ubi magiſtratus Chriſtianus inſiſtit, rem verè divinam facit. Nec refert, quod in regno Turcico tolerentur diverſæ religionis homines, ut Græci, Armenii, Suriani, Neſtoriani, Jacobitæ, Georgiani, Abyſſini, & alij, qui Chriſtiani haberi volunt: cùm iſti in hujus rei defenſionem Sultanus aliquando, oſtenſo variis diverſorum colorum floſculis egregiè picto hortulo, ſic feratur dixiſſe. Ut iſta herbarum florumq; diſtincta varietas non ſolùm nihil obeſt, ſed mirificè oculos & ſenſus recreat; ita in imperio nec injucunda videbitur aut inconveniens ſectarum diverſa multitudo. Etenim quod non minùs honeſtati, quàm utilitati publicæ adverſatur, hoc nulla jucunditatis ſpecie defendi meretur. Atqui ſi in uno regno aut provincia radices altiores jam egit religio diverſa, quam ut ſine inſanabili Reipub. vulnere malum tolli queat, Magiſtratus eſt (ut cenſent politici pleriq;) leges ſeveras promulgare, quibus homines intra juſtos limites contineantur, ac inter-

inter utramq; ſectam, tenere gladium, & neutram in partem præcipuè inclinare, niſi ut capite plectat omnes ſeditiones aut factionis autores, idq; ſine diſcrimine; alias enim ſi alterius partis fautorem, alterius perſecutorem ſe præbuerit, non poteſt non reſultare Reipub. exitium.

Singularis quoq; attentio requiritur & cura ſolers, quâ probè diſpiciatur, ne falſo religionis receptæ prætextu vitietur Reſpublica. Sacerdotes Meroenſes, ut refert Diodor. Siculus, in Æthyopia tantam ſibi conciliarant autoritatem, ut Reges juſſerint mortem oppetere. Quid dicam de rebus fœdisſimis, quas non ſine magno Reipub. detrimento, ſub aſſcititio ſuæ illius religionis pallio veteres quidam perpetrarunt? Nonne Sacerdotes Iſidis, ſub ſanctitatis ſimulatione, crebram exercuerunt ſcortationem? Nonne Mahometus prophetam ſe jactitans, alienas conjuges ad illicitam commixtionem ſolicitavit? Hoc nimirùm ſibi à Deo conceſſum privilegium venditabat, quò fœminarum plurium copia impetrata Prophetas plures ac heroas progigneret. In paganorum ſacris,

cris, noctu olim celebratis, tot ac tanta commiſſa ſunt flagitia, Venere præſertim ſtimulante, ut ſi quis illa commemorare vellet, rem auribus modeſtioribus indignam moveret. Heic igitur fervorem ſuum & indignationem prodat Magiſtratus, & impoſtoribus detracta larva, vigorem juſtitiæ exſerat, ut alij ab hujuſmodi conatibus deterreantur, atq; ita religioni ſanctitas ſua, juſtitiæ decus ſuum conſtare poſſit.

Ita Tiberius Sacerdotes Iſidis ob indomitæ libidinis fœditatem morti addixit, & ſimulacrum Iſidis in Tiberim projecit. Ita illuſtriſſimus Senatus Venetus impoſtorem illum, qui Michaelis Archangeli ementito nomine, cum aliena conjuge conſuetudinem habuit, juſto capitis ſupplicio affecit.

Ita Cyrus ſeptuaginta Belis ſacerdotes interficiendo rem officio dignam præſtitit. Rectiſſimè igitur Reipub. conſulunt præſides, quibus perſuaſum eſt, virtutem illã, quæ Deum opt. max. ſenſu ſobrio rectoque cultu veneratur, Pietatem *puta, ſedulo ſerioq; ſibi ipſis ante omnia colendam eſſe.*

Niſi

Niſi enim benè jactum fuerit hoc fundamentum, quicquid virtutum ſuperſtruere volueris, collabaſcet infeliciter. Niſi, inquam, veræ de Deo notitiæ arctiſſimè conjunctus fuerit iſte animi motus, qui nos, ut vereamur, metuamus, amemus ac honoremus Numen illud cœleſte, adigit; impellitq; fieri non poteſt, quin præſtò ſit vecordiæ, impietatis & malitiæ virus peſtilentiſſimum, quod ſenſim ita ſe diffundit, ut in ipſo tandem Reipub. corpore nihil ſani, nihil incorrupti relinquatur. Quod quùm intelligeret ſereniſſ. potentiſſ. & Chriſtianiſſimus Rex Daniæ &c. CHRISTIANUS *quartus, meritiſſimò hoc ſymbolum verè Chriſtianum uſurpare voluit:* Regna firmat pietas. *Quo ſpectat illud Fulgentii: Clementiſſimus Imperator non ideo eſt vas miſericordiæ præparatum in gloria; quia apicem terreni principatus accepit; ſed ſi imperiali culmine rectâ fide vivat, & verâ cordis humilitate præditus culmen regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubjiciat; ſi magis in timore Deo ſervire, quam in terrore dominari populo delectetur.*

Poſt acrem ejuſmodi defenſionem religio-

ris re-

nis requiritur, ut imperantes aram juſtitiæ impollutam quibusq; negotiis ſacram conſervent, ſi modo conſtanti ac durabili ſubditorum amore & benevolentiâ perfrui animus eſt. Philippus Alexandri pater aniculæ cuidam paupercula ipſum appellanti, ut cauſam ſuam cognoſceret, reſpondit, ſibi non eſſe otium. Cumq; clamaſſet anus: Proinde nec Rex eſſe velis: Philippus aniculæ confidentiam admiratus, non ſolùm illi, ſed omnibus deinceps ac ſingulis aures benignas præbuit. Nec immerito: ſiquidem in tali loco conſtitutus ſi nihil reſpondet, ſuperbus habetur, ſin malè, contumelioſus. Heic memoriæ ſuccurrit præclarum illud Ferdinandi Imperatoris factum, qui clementer audivit omnes: & cùm aliquando aulicus quidam aniculam ab aditu ejus abegiſſet, ipſeq; forte id conſpicatus eſſet, dixet Noli, quæſo, arcere à nobis pauperes: quandoquidem ſi eos audire noluerimus, Deus vicisſim nos ad ſuum non admittet alloquium, nec audiet nos.

Priſca poetarum familia, quæ ordo ſacer habebatur antiquitus, ut Principes officii admone-

moneret, ſtatem finxit medium inter Themin & Cratos in ſolio ſtellato ſplendidoq; ſedentem, cujus juſſu aquila, quæ Jovis armigera fulminisq; geſtatrix dicitur, ſceptrum fulgidum Principibus in manus porrigat: Themisque, quæ juſtitiæ, legis, & pacis mater habita eſt, enſem addat: Cratos ſeu Potentia diadema aureum largiatur. Quo figmento ſignificatum eſt, quod ut ſceptrum ab aquila juſſu Jovis tribuitur, ita ſoli Deo imperium acceptum ſit ferendum: Themis gladium porrigit, eo quòd Principi nihil faciendum ſit, niſi quod fas & jura permittunt: à potentia verò exhibetur corona, ut coronas, hoc eſt, urbes & oppida non vi armisq; ſine ratione opprimat Rex aut princeps alias, ſed legibus & humanitate roboret, atq; conſervet.

Sunt autem qui callide calideq; contendant, quod Principem magis deceat auſteritatem exercere, quàm humanitatem & clementiam. Nam, inquiunt, metui tutius eſt, quàm amari, & lenitatis nomine Rex contemnitur, lex diſpicitur, grex inficitur. Monarchiam Romanam, quam, Pertinacis & Heliogabali temporibus, in exitium ferme

praci-

præcipitarat lenitas, inclinatam erexit denuo Severi Afri, & Alexandri Severi ſeveritas. Commendatur quoq; rigor Junii Bruti primi Romanorum Conſulis, qui filios ſuos, quod cum Aquiliis ac Vitelliis ad recipiendum in urbem Tarquinios conjuraverant, virgis cæſos ſecuri percuſſit: & Titi Manlii Torquati factum celebratur, quòd filium adverſus imperium inſurgentem decollari fecit.

Verum enimvero nullum firmius datur medium, quo animos ſubditorum ſibi ſuæq; exiſtimationi devincire poſſit Magiſtratus, quàm clementia moderata, boniq; publici ſtudium. Argumento hæc ſit Thuringiæ Landgravius ille, ad quem cum divertiſſet reverſus ex Polonia Fridericus Imperator, ejusq; arcem, quæ ad Salam ſita eſt, conſpicatus eſſet, ac munitionem illam quovis humano inſultu ſuperiorem eſſe affirmaret, ſaltim ſi unis adhuc mœnibus eſſe cincta; Reſpondit, facilè ſecuraturum, ut indè ad diem tertium acceſſione muri novi firmetur propugnaculum iſtud. Hoc quùm fieri non poſſe autumaret Imperator, vaſallos ſuos è veſtigio convocat Landgravius, qui

tertio

qui tertia poſt die comparent arcemq́; multi in motum obvallant. Quo conſpecto, ad ſuos os in hæc verba erupit Imperator: Murum, me hercule, nec pulchriorem nec firmiorem unquam vidi ullum, atq; hic eſt, quem arci alioquin muniſſimæ, tam brevi tempore, ex cationis ſuæ non minùs obedientibus quàm ſtrenuis viris Landgravius conſtituit. Nimirùm ubi in imperando ſervatur moderatio, ibi viciſſim in obediendo conſpicitur alacritas.

Quocircà interrogatus Ageſilaus, cur Sparta non cingeretur mœnibus, reſpondit, civitatem non ſaxis ſed incolarum virtute muniri oportere: quos ſi cum Magiſtratu conjungat amor & concordia, nullus poteſt eſſe manus firmior, Reverentia vero ſubditorum erga Magiſtratum ſi ad amorem acceſſerit, immane, quàm prompti ad hoſtes propulſandos exſiſtant eorum animi. Unde Polydorus Abemenis filius, cùm interrogaretur; quamobrem Spartani tam fortiter ſeſe periculis in bello exponerent, Reſpondit, illud fieri, quod Magiſtratus ac duces ſuos didiciſſent revereri potiùs quàm timere.

Quis

Quis interim non deteſtetur Magiſtratum illum, qui judicem Gallicum imitatus fuerit. Hic autem; ut referunt hiſtorici; de ſene quolibet furti alicujus accuſato pronunciabat perpetuò: Suſpendite, ſuſpendite, alia furta commiſit, ſeu, Pendez, pendez, il en a bien faict d'autres; *de juvene ſimiliter: ſuſpendite, ſuſpendite, alia furta committet; ſeu* Pendez, perdez, il en ferra bien d'autres. *Et quis unquam excuſabit Galeatium Sfortiam, quod ruſticum, qui leporem ceperat, inſtanter coegit, ut animal captum ita crudum cum pelle & ſanguine vorare: undèquoq; miſer ille mortuus eſt: quo ſingulari & antea inaudito ſupplicij genere ita Sfortiæ delectatus eſt, ut indè legem excuderet, de omnibus animalibus, quæ prædatus eſſet aliquis, itidem in prædatorem reſerciendis.*

Neq; tamen omnis exulare debet ſeveritas, quùm hac ratione tota Reſpub. flagitiis ac ſceleribus brevi inquinaretur; quandoquidem cuilibet, quod placeret, liceret. Vnum aliquem facinoroſum tolli præſtat, quã impunitate ſolvi civitatis unitatem, dũ vitia & flagitiã

gitia latius latiusq; diffunduntur, homnesq; nequam in malo confirmantur. Ad deterio-ra ſemper invitat impunitatis ſpes. Ideoque Regi cuidam Galliæ, qui de homicida homici-dii veniam petente conquerebatur, dicens. Atqui jam tertium hoc tuum eſt homicidium objecit morio, qui aſſtabat: Quis ais, Domi-ne? imò primum duntaxat homicidium per-petravit ille; tu ſecundum & tertium. Nam ſi primi veniam ei non dediſſes, unicum il-lud commiſiſſet. Malum profectò eſt, eum im-perare, ſuo quo nemini quicquam licet, ſed pejus ſub quo omnia. Etenim tam grave eſt omnibus ignoſcere, quam nemini veniam da-re: & qui parcit malis, officit bonis. Princi-pis nimirum erga ſceleratos lenitas, in bonos eſt crudelitas.

Eſt igitur boni Magiſtratus imbecillita-tibus humanis interdùm ignoſcere, nec om-nia ad lydiū lapidem ſtrictè revocare: quùm humanum ſit caſ.·us humanibus ingemiſ-cere Et naturæ noſtræ hæc eſt imbecillitas, ut ad lapſum facilis ſit propenſio, Etſi au-tem coram Deo graviter peccat Magiſtra-tus, non tantùm cùm nocentem abſolvit, ſed etiam

etiam cùm innocentem condemnat: tamen ſatius eſt in cauſa præſertim dubia ſontem abſolvere, quàm inſontem condemnare. Nam ſi innocens condemnatur, non ſolùm ipſe injuriâ afficitur, ſed Reſpub. etiam læditur, cujus non minùs intereſt inſontes abſolvi, quàm facinoroſos puniri: ſin autem nocens abſolvitur, tum non ipſe quidem, ſed ſola Reſpub. injuriâ afficitur. Neq; in ſuppliciis ita ſtrictè rigideq; agendum, ut Tenedia ubiq; bipennis adhibeatur aut indictâ cauſa reus damnetur: nec ſubitò ad ſupplicia procedendum, niſi id fieri utilitas publica ſuadeat, neceſſitas flagitet; nec committendum, ut aliorum è vulneribus aut ſanguine lætitia ac voluptas aliqua haurire putetur, ſiquidem (ut ille cecinit.)

Qui fruitur pœna ferus eſt, legumq;
videtur

Vindictam præſtare ſibi.

Cavendum quoq; ne adhibeatur ſupplicij nova ratio vel inſolens interſio; quandoquidem in pœnis novitas offendit complures, adeoq; crudelis judicatur, qui puniendi cauſam habet, modum non habet.

Hinc Poetæ quondam Herculis clavam oleo madidam finxerunt, quo commento ictus juſtitiæ miſericordiæ oleo leniendos eſſe adumbrarunt Nam, ut canit Horatius,

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Hoc ſi probè conſideratum fuerit, non facilè imitabitur aliquis acerbitatem Claudii, qui in quendam ſontem tanto iracundiæ æſtu exarſit ut cultellum in faciem illius adegerit; ſed potiùs Auguſti veſtigijs ſibi inſiſtendum arbitrabitur, qui vix aliquem ſine ſuſpiriis unquam damnavit; adeoq; ad clementiam erit, quàm ad crudelitatem, pronior. Sic, inquam, crudelitatis notam effugiet ac iniquitatis, dum regiam viam calcando, quod jus & fas fuerit, decernat; nec periculum erit, ut facilè apud ſubditos in odium incurrat, usq; inviſus fiat, quemadmodum Amaſis Ægyptiis, Pruſias Bythiniis, Ariſtocrates Arcadiis, Chriſtiernus Danis: quod ſi nihilo minus

minus tamen acciderit, regium eſt audire malè, quàm facias benè. Quid multis? Imperantium eſt, rigorem in ſceleratos ſtringere, in miſeros & oppreſſos clementia uti & benignitate, omnesq; actiones & conatus unicè ad hunc ſcopum dirigere, ut ſalus & utilitas publica promoveatur, eiq; occurrentia impedimenta tollantur. Ita enim ſuperiorum exiſtimatio & autoritas non tantùm non vileſcet, ſed maiorum adhuc virium acceſſione indies augeſcet, Æquitas nimirùm imperium exornat, Rempub. conſervat, totamq; vitam communem in proſpero fauſtoq; curriculo moderatur & gubernat.

In ipſa verò ſuæ vitæ morumq; ſuorum conformatione omnem, quod ajunt, lapidem ſemper moverunt Principes prudentiores, ut laudabili honeſtæ vitæ curſu ſubditis prælucerent, iisq; omnium virtutum ſpeculum politiſſimum præferrent. Neq; enim ſic unquam vivit gubernator bonus, ut ſubditis ſcandalum propinet, unde illi, excuſſo pudoris freno, in quodvis flagitium prolabuntur infeliciter.

Nam, ut Tullius inquit, Principes vi-

tio ſi plus exemplo, quàm peccato, nocent. Etenim τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσιν, ſeu, ut dici ſolet, ad Regis exemplum componuntur ſubditorum mores. Hujus autem rei plana eſt ratio, quòd nimirùm Princeps ipſo facto videatur præcipere. Idcircò Cyrus dicere ſolitus eſt, imperium nemini convenire, qui non melior ſuis ſubditis ſit. Atq; inde fit, ut etiam minima quæq; errata in imperatore notentur, & in magnorum criminum cenſum reponantur: haud aliter, atq; verrucæ in facie ſunt aſpectu fœdiores, quam ſi in reliquis corporum partibus exſiſtant. Et ut convallium ille ſonus, quem echo dicimus, pro una voce accepta, duas treſue regerit: ſic in ſubditis quicunq; invidi fuerint, viſa & audita geminant: neq; hoc ſatis; ſed eligunt inſuper quod videbitur deterius, idq; uſu perverſo accommodant, non abſimiles cucurbitis, quæ, ſi Medicis credimus, non niſi pravum vitioſumq; ſanguinem ex corporibus educunt. Adhæc, more aranearum, argutos mendaciorum laqueos ſuapte ingenio nectunt eosq; ſpecioſo veritatis tegumento artificioſè involvunt. Rectè igitur ſuadet Dion Romanus, dum inquit: Omnia, quæ vis tuos

ſubd

ſubditos & ſentire & agere, ea tu & loquitor & facito. Sic enim eos rectius & faciliùs erudies, quàm ſi ſecundùm leges eos punires. Nam facilius quis optima imitatur, quæ videt opere fieri, quàm peſſima cavet, quæ audit legibus probiberi.

Quia porrò ut majeſtas, ſicuti virtus abeſt, levi momento evaneſcit ſic autoritatis flos concutitur familiaritate nimia, quæ contemptum progignere aſſolet: Magiſtratum promiſcuo & familiari nimis ſubditorum cõventu abſtinere conveniet. Antiochus Epiphanes Aſiæ Rex, ob nimiam popularitatem, inſani nomen à vulgo reportavit. Appius Claudius nimiâ familiaritate effecit, ut de gradu dignitatis deturbaretur. De illo Gothorum Rege, qui milites ſuos non ſolum commilitones, ſed combibones etiam fecerat, accepimus in dolium cereviſiæ eum per ludibrium præcipitatum eſſe, ac inibi ſuffocatum. Non igitur ſine cauſa, Alexandrum Severum mater ſeverè ſatis præmonuit, ut in imperio ita ſe gereret, ne immodicâ familiaritate autoritatem perderet, ac ſubditis contemptibilis fieret.

Hæc quoq; reſpexere gentium quarundam Reges, qui ut autoritati ſuæ, conſulerent melius conſpectui hominum penitus ſe ſubtraxerunt. Nam autoritas Magiſtratus eſt veluti calcar, quo ſubditi incitantur ad reverentiam & obedientiam ipſi debitam; & quaſi frenum, quo ſubditi ab inobedientia retrahuntur & tergiverſatione. Sublata igitur autoritate, Magiſtratus cives ſuos in officio continere non poteſt, aut cum fructu præeſſe Reipub. ſive pacis ſive belli tempore. Quocirca neq; hoc adeò contemnendum eſt conſilium, quo ſuadetur, ut imperantes ad autoritatem ſartam tectam conſervandam, ejusmodi tractent negotia, quæ non tantùm nihil dedecoris, ſed multum etiam laudis ac honoris poſſint contrahere, adeoq; admirationem in animis hominum excitare. Non equitabit Themiſtocles in arundine longa; Domitianus non figet muſcas; mare non flagellabit Xerxes; araneas non venabitur Heliogabalus; nec Valentinianus operas exercebit mechanicas. Gravitas enim mater & nutrix eſt autoritatis.

fortes

Fortes igitur ac heroici motus adeſſe debent; aberit vitiorum, flagitiorum, levitatisq́ omnis judicium.

Et quoniam luxus ad vitia infinita animos ſolet illectare, eum cane pejus & angue deteſtandum fugiendumq́ norunt gubernatores induſtrii. Quis enim luxurioſos Neronis mores excuſandos eſſe ſtatuat? Is autem, ut lineamentis hiſtoricis depingitur, nunquàm bis eandem veſtem induit, linteamen lotum nunquàm attigit, uſus aureâ omni tunicâ, & incalceamentis gemmis, iisq́ inſculptis, lectis ex ſolido argento factis, vaſis, in quæ ventrem exonerabat, aureis, in quæ mingebat, onychinis & myrrhinis, in reliquis turpisſimus, & pecuniâ deficiente, ad eam corradendam crudeliſſimus. Alio longè ingenio erat Selimus Turcarum Imperator, qui dicere conſueverat, ſe non nutrire prolixam barbam, veluti Bajazetes pater fecerat, ne Baſſæ manibus in illam injectis, ducerent Principem, quò vellent, quemadmodum evenerat Bajazeti: Quo apophthegmate ſignificavit haud dubiè, quod ab omni mollitie Principem abſtinere oporteat, Lau-

dem verò egregiam ſibi promeruit Alphonſus Hiſpaniæ Rex, qui à vino diligenter ſibi cavere ſolebat, quod ſciret liquorem illum Alexandri Magni gloriæ maximè obfuiſſe. Nam Alexander, Rex aliàs laudatiſſimus, ebrietate eò eſt prolapſus, ut iis, quibus familiariſſimè utebatur, interfectis, & per hoc procerum ſuorum omnium animis ab ipſo alienatis, veneno tandem exſtingueretur; quemadmodùm Plutarchus in ejus vita, & Q. Curtius lib. 10. *commemorant. Sed cùm varia ſint adverſùs ebrietatem remedia, hoc tamen adhibendum ſuaſit Plato, ut in ſpeculo ſe ebrii contemplarentur, ita futurum exiſtimans, ut vultus fœditate visâ, à vitio tam deformi ac tetro deterreantur.*

Quin imò ad imitandum heic quoq; proponi poſſet frugalitas ac parſimonia Tiberii Cæſaris, qui in cœnis, etiam ſolemnibus, ſæpe pridiana ac ſemeſa obſonia appoſuit, ſi Plutarcho credimus. Philippus, Comes olim in Catzenelbogen, eximius frugalitatis amator fuit. Is in arce ſua Hadamaria contentus ſimplici, ſed mundo tamen rerum apparatu, fagineis patinis, ligneis cochlearibus, tornatilibus

libus poculis, & quernis candelabris uſus eſt. Illud autem, quo ipſemet uti ſolebat, candelabrum, à cæteris fuit diſcretum; quum in ſummitate duabus fiſtulis ferreis, quibus candelæ ſuper imponebantur, munitum fuerit. Et quid mirum? Ad incitas redigitur, qui nihil, præter ſplendorem, amat: vinoautem & pinguedini addictus, præterquam quòd non ditescat, vileſcit quotidiè. Documento ſit nobis, quem diximus, Comes. Is omnia granaria frumento, penore promptuaria, apothecas vino, arcas argento auroq; refertas habebat. Undè quidam cum illo pactus, ſe numum aureum daturum, ſi ipſius pecuniam & aureum theſaurum ſibi liceret videre. Comes non ſolùm videndi, ſed etiam, quantum unico raptu poſſet, auferendi poteſtatem obtulit, & ſtatim ad arcam duxit hominem, inquiens: Ex pacto iam rape, quantum potes. Avidus prædæ manum theſauro protinus injecit: ſed lupus hians, ſpe fruſtratus, abiit non tantùm nullo cum fructu, ſed cum digitorum juxtà & unguium detrimento. Neq; negligenda eſt continentia Scipionis Affricani (qui captivam Alluccii ſponſam

ſam attingere recuſavit; militibus, qui eam adduxerant, reſpondens, accepturum ſe conditionem, ſi homo privatus, & non imperator eſſet) aut Cyri, de quo memorabile illud celebratur, quòd ſingulariter ac ſevere prohibuerit, ne Panthea, omnium mulierum ſpecioſiſſima, in conſpectum ipſius produceretur, ne hac fortè viâ raperetur ipſe ad motus illicitos. Atqui rarum heic exhibuit continentiæ exemplum Alexander Magnus, qui rogatus, ut Darij filias & uxorem formâ præſtantem ſpectaret, turpe futurum, dixit, eos, qui ſuperâſſent vires, à mulieribus vinci. Hoc qui unà cum Alexandro ſentiunt, ij rectè videntur expendiſſe, quòd, ut virtus humilitate & labore acquiritur ſic cum honore haberi velit. Et certè occaſio, quòd vulgari, ſed vero tamèn jactatur proverbio, facit fures. Voluptas quoq; initio blandula titillat animum, & mera mella promittit, ſed non mittit. Quin imò voluptates corporis, canum more, primùm ablandiri ſolent; hinc ſubitò mutatæ, vulnus inſanabile. Nam incautis auribus, oculis, & animis facilè imponitur, ut bonum cùm ſe captare putent, pro theſauro car-

rò carbones, & nubem pro Junone infelici-ter inveniant. Memorabilis eſt ſententia Antigoni, quam dicenti cuidam, Omnia Regibus honeſta & juſta eſſe repoſuit: Sunt, inquit, barbarorum duntaxat Regibus: ac nobis ea tantùm honeſta ſunt, quæ honeſta ſunt, & ea tantùm juſta, quæ juſta ſunt. Nam, ut Agathon dixit, Principem oportet trium meminiſſe: Primum eſt, quid imperet hominibus; alterum quòd ſecundùm leges; tertium, quòd non ſemper imperaturus ſit.

Cætera ſatis benè ſe habebunt: neq; enim à pio, juſto, & ſobrio animo aliquid mali facilè motum iri ſuſpicamur. Hoc interim addendum videtur, quàm auri ſacra fames omnibus fermè hominibus ingenerata ſit, imperantis eſſe præcipuè, huic etiam illicitæ cupiditati maturè fræna injicere, quo incommoda ex tam prava radice enaſcentia evitari faciliùs poſſint. Liberalitas potiùs & munificentia exercenda eſt, quâ ſubditi Magiſtratibus ceu glutine Penelopeo adſtringi poſſunt, adeò ut parati ſint bona ſua & ipſum quoq; ſanguinem ingratiam ſuperiorum

prō-

profundere. Interim tamen obſervandum eſt, utrum accipientes beneficio digni ſint, an ſecus: id quod rectè conſideravit Hadrianus Imperator, qui referente Spartiano, in balneo veteranum quendam, ſervuli penuriâ, ſeſe marmoribus affricantem conſpicatus, eum & ſervulis aliquot & ſumptibus donavit. Hoc reliqui veterani feliciter ceſſiſſe animadvertentis, cœperunt & ipſi quam plures ſub oculis Imperatoris ſeſe marmoribus affricare, ut ita Principis elicerent benignitatem. At ille evocatis ſenibus juſſit, ut alius aliam viciſſim defricaret, atq; ita pueris nihil opus fore dixit; Is jocus poſtea in vulgi fabulam ceſſit.

Quid multis? Ut Magiſtratus autoritatem ſuam tueri, ac contemptum odiumq; poſſit evadere, tria neceſſariò requiruntur, quorum primum eſt ſapientia; ſecundum virtus, pietas imprimis, juſtitia, clementia fortitudo gravitas, temporantia, veracitas, ſedulitas in vocationis muneribus obeundis; tertium felicitas in rebus gerendis: hinc facilè ſequetur inchoatio animorum, ſeu amor & benevolentia ſubditorum erga Magiſtratum, in

quo, etiam ſi homini mortali, præſentem Deum populus venerari & obſervare diſcet. Intereà ſi nihil ominus eò proruerit furor populi, ut quavis de cauſa bellum civile excitetur, imitandus eſt Antoninus Pius, qui ſemper in ore habuit Scipionis dictum: Malle ſe unum civem ſervare, quàm mille hoſtes occidere. Nam, ut canit Seneca Tragœdus,

Conſulere patriæ, parcere civibus,
Ferâ cæde abſtinere, mores regere;
Reddete orbi quietem, ſeculo pacem ſuo,
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.

Sed hiſce diutiùs immorari nolumus: cæteris enim ſeditionum cauſis vel ex momentis jam allatis, vel ex generali pyxide prudentiæ remedium opponi poteſt. Sin autem acciderit, ut falſo traducatur Magiſtratus, hominumq; malè feriatorũ calumniâ proſcindatur, duo in promptu erunt clypei, Innocentia & patientia: *illa facit, ut quemadmodũ tabulis levib9 ac politis ægre ſordiũ aliquid adhæreſcit ſic ca*

ſic calumniatores virus locum ſtabilem vix inveniat in vita puriorem: hæc autem jubet, ut quod tollere non poſſumus, id toleremus, imo & ſpernamus.

Quid enim impurum os ejusmodi eripiet Magiſtratus bono? Famam fortaſſe? Ea ſemper apud bonos bona erit. Virtutem aut ſapientiam tollet? Hæc omni arbitrio humano longè altiora. Pro caniculis igitur aut eo quuleis habendi; qui non judicio, ſed morbo lædunt, vel potiùs inſano impetu & protervia innatâ.

Attamen non deſunt viæ, quibus alioqui in petulantiam & audaciam hominum quoq; potentiorum animi advertere poſſit Magiſtratus, ut alii à ſimili improbitate & confidentia deterreantur. Notum eſt factum Friderici Barbaroſſæ Imperatoris, quo is Principem quendam cùm aliis de cauſis, tam ob turbas, abſente Cæſare, concitatas, ignominioſe mulctavit, videlicet geſtatione canis in publico Imperii conventu: qui puniendi modus hoc tetraſticho exprimitur

Mos erat antiquis, qui publica commoda pacis,

Cæſar

Cæſare, turbaſſent, tella gerente foris:
Totius imperii, reus, inſpectante ſenatu,
Vt canis impoſitum corpore ferret onus.

CAPUT V.

Regi maturè de ſucceſſore cogitandum eſſe.

APud Ægyptios hic mos olim invaluerat, ut in ipſorum conviviis σκελετὸν ſeu compagem oſſium cadaveris humani aliquis circum ferret: quo ſpectaculo inter edendum & bibendum commone fieri debebat unusquisq; brevi ſeipſum quoq; in figuram illam immutatum iri: ideoq; ut raptim cœnandum, ſic quoq; vivendum, ne vitam ſpatio brevem actiqnum pravitati vitiorumq; fœditati imprudenter impendant miſeri mortales,

Et quid, quæſo, eſt tempus vitæ noſtræ, niſi quoddam inſtans, quod tanquam ventus avolat, & quaſi vapor quidam evaneſcit? Tantæ vanitati ſubjecta eſt univerſa creatura mundi hujus, ut omnes ipſius horæ, dies, menſes, & anni tranſeant veluti ſubtiliſſima araneæ tela, quæ minimo quoq́ hiatu dirupta, in aera disſipatur. Quin imò hæc vita vera vitæ nomen non meretur, quùm ſit tantùm vitæ figura, & mortis umbraculum. Unde fluxit proverbium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος. Hinc quoq; illa Jobi exclamatio: Dies mei velociores fuerunt curſore: fuerunt, & non viderunt bonum. Pertranſierunt quaſi naves deſiderabiles, ſicut aquila volans ad eſcam. Eodem reſpicit monumentum Romam Tarracone quondam translatum, cui ſimulacrum hominis ſupini inſculptum fuit, poſito ad caput ejus ramuſculo florido, ad pedes autem ramo flaccido, cum hac inſcriptione.

Aſpice, quàm ſubitò marcet, quod
floruit antè;
Aſpice, quàm ſubitò, quod ſtetit
ante, cadat.

Naſcen-

Naſcentes morimur, finisq; ab origi-
ne pendit:
Illa eadem vitam, quæ inchoat, hora
rapit.
Ipſaque vitæ ſuæ ſemina mortis ha-
bet.

*Atq, hanc adeò miram vitæ humanæ viciſſi-
tudinem graphicè nobis repræſentat iſtud cu-
jusdam Regis Callıarum epitaphium:*

Riſi, ploro: fui non ſum: ſtudui, re-
quieſco:
Luſi, non ludo: cecini, nunc mutio:
pavi
Corpus, alo vermes: vigilavi, dor-
mio: dixi,
Salve; dico, vale; rapui, rapior: ſupe-
ravi,
Vincor: certavi, pace utor: jure ego
vixi,
Jure igitur morior: non obſto, obſta-
re nequirem:
Terra fui quondam, rurſum ſum ter-
ra: nihil ſum:
Terra caduca vale: vermes ſalvete;
recumbo.

Idipſum in memoriam prætereuntibus revocatur Neapoli, ubi ſub marmorea fœmina cujusdam ſtatua viſitur hæc inſcriptio:

Quid me miraris duro de marmore factam?
Reſpice te potius, vermibus eſca manes.

Philippus Macedonum Rex puero delegarat hoc officium, ut quotidiè priusquam ipſe aliquò prodiret, ſibi hoc μνημόσυνον clarâ voce ſuggereret: Philippe, homo es. *Hominem ſcilicet qui ſe eſſe meminit, nihil is humani à ſe alienum putat. Conſtantinopoli, rege ferente Iſidoro, in more poſitum erat, ut quo die Imperator diademate Cæſareo coronandus eſſet, cæmentarius eum in throno ſplendido ſedentem propoſitis aliquot lapidum generibus, quò ipſi evanidam hujus mundi gloriam & majeſtatem fluxam adumbraret, hanc in ſententiam alloqueretur:*

Elige ab his ſaxis, ex quò auguſtiſsime Cæſar,
Ipſe tibi tumulum me fabricare velis.

Humanæ

Humanæ ſimiliter fragilitatis in memoriam revocandæ gratiâ, apud Abyſsinos Æthiopes ſemichriſtianos ritu ſolemni receptum eſt, ut Regi aliquò iter ſuſcepturo, aut in publicum alias prodituro, præferatur imago crucis & vas aureum terrâ plenum. Summo etiam pontifici Romano (ſi hoc ad rem faciat) in actu inaugurationis ſuæ ſacellum D. Gregorii prætergreditur: antecedit ceremoniarum magiſter duas geſtans arundines, quarum alteri ſuperpoſita eſt candela, alteri ſuperaddita corolla ſtupea: ac tandem ſtupis candelam, accenſam admovens, hanc vocem ter Papæ inſuſurrat: Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi. *Id ipſum meditatus Maximilianus I. Imperator, decurſu integri ante mortem biennii ſarcophagum ſibi, quocunq; proficiſcebatur, ad manum eſſe voluit. Sed quid nos exemplis exoticis heic immoramur, quùm non deſint nobis domeſtica? Hamburgi, cùm inibi anno æræ Chriſtianæ* 1603. *Sereniſs. ac potentiſsimo Daniæ & Norvegiæ Regi Chriſtiano IV. præſtaretur homagium, inter alia ſtupenda miroq; artificio concinnata ſpectacula productum eſt hoc viciſsitudinis*

humanæ ſimulacrum evidentiſſimum. Pro volvebantur quinq; admodùm affabrè elaborati currus: quorum primus erat Auroræ, *ac teneram adumbrabat infantiam; ſecundus* Meridiei, *qui robuſtiorem ætatem mediam, tertius* Veſperæ, *qui ſenectutem languidam, quartus* Noctis, *qui frigidam rigidamq; mortem repræſentabat: quintus deniq; erat currus* Solis, *quo ſignificabatur vita æterna. Digna Chriſtianiſſimo Rege* CHRISTIANO *quarto inventio, quæ luculenter & quaſi ad vivum exprimit conditionem vitæ humanæ. Huic enim vitæ noſtræ vix aliud quicquam ſtabile eſt, niſi quòd illa eandem perpetuò ſervet in ſua mutabilitate conſtantiam, quæ tamen aliud nihil eſt quàm mera inconſtantia. Atq; hæc durabit, vel potius movebitur, donec affulſerit nobis juſtitiæ Sol Chriſtus, cujus virtute & firmitate omnis humana tollenda eſt infirmitas, omnis viciſſitudo cum æternitate commutanda.*

Interea licet heic ſtatu imperfecto vivatur, imperfectione tamen non ita nos frangi patiamur, quin unusquisq; noſtrum laboribꝰ

officii ſedulo incumbat: ſiquidem boni civis eſt, boniq; Magiſtratus, præſentem ſtatum, etiamſi improbulum (ut dici ſolet) boni conſulere, usq; dum exoptata illa & invariabilis reſtitutio commodè haberi potuerit, quam ſubſequetur ſtatus omnium jucundiſſimus, in quo ſcilicet Rex erit Trinitas, lex charitas, modus æternitas. Quis enim probaverit inſtitutum Mileſiorum, quibus hac lege nihil erat jucundius: Nemo noſtrum frugi eſto? *Quis ſine juſta animi commotione evolverit conſtitutionem Ephesiorum, qua homines virtute excellentes è Repub. ejiciebantur? Nonne ſatius eſt, remis velisq; contendere, ut aliqualis in hujus vitæ ergaſtulo obtineri poſſit εὐδαιμονία & felicitas; quàm otii & ignaviæ gangrænam admittere, atq; ita beatitati civili aditum præcludere? Certè felicitati non famulatur otium ignavum, ſed negotium & ſtrenua virtutis actio. Præcipuè verò hùc intendendæ ſunt vires, ut poſteritati Rempub. ſi non usquaquaq; felicem ſaltum non omninò infelicē relinquamus: quod ut fiat, ſubditorū quisq; boni civis officiū urgebit*

Magiſtratus verò ideam boni Principis conabitur exprimere. Atqui ad hanc ideam requiritur vel maximè, ut qui benè imperavit, ſibiq; concreditum populum virtute & beneficentia ad felicitatem provexit, is fortis humanæ memor de ſucceſſore cogitet in tempore, ne fortè ἀναρχία ſubrepente, eam videatur deſtituiſſe familiam, cujus causâ tantum laboris ac moleſtiæ in omni vita ſua exantlavit.

Quoniam igitur de ſucceſſore in tempore cogitandum eſſe monet Reipub. ſalus, ne poſt mortem Principis periculoſo incertæ dubiæq; fortunæ luſui regnum videatur permiſſum eſſe, eo quoq; dirigenda eſt intentio ſedula, ut nuncupetur ſucceſſor idoneus, in quo bonus Magiſtratus, ubi debitum naturæ ſolverit, quaſi redivivus elucere poſſit. Verùm ſi quis adhibitâ licet diſciplinâ accuratâ, minùs tamen idoneam ſobolem ſibi obtigiſſe perſpexerit, imitari poterit exemplum Alexandri, qui interrogatus à Principibus amicis, cùm jam morti eſſet vicinus, quem imperii hæredem inſtitueret, Dignisſimum *reſpondit.*

Et quamvis non ſolùm egregiæ indolis filium Herculem haberet; ſed etiam ingenii bonita-

bonitate conſpicuum juvenem Arideum fratrem, & Rhoxanen conjugem gravidam relinqueret; tamen heredem ſibi non niſi dignißimum ſuccedere voluit, quippe qui publicæ potiùs, quàm privatæ utilitatis rationem habendam eſſe, prudenter cenſuit. Et quùm paulò poſt ageret animam, audiretq́; nihilominus alteratione ex dubio illo reſponſo inter Principes verſari, linguæ uſu jam deſtitutus annulum de digito detractum Perdicæ dedit, ut ex judicio ejusmodi perſpiceretur expeditionis voluntatis inclinatio. Ubicunq́; igitur electione continuatur imperium, ſuadet ratio, ut eligatur optimus. Ideoq́; Conradus, ejus nominis primus Imperator, cùm in ſtirpe ſua ſeu familia neminem imperio aptum eſſe præſenſiſſet, Henricum Aucupem, cum quo diu bellum geſſerat, moribundus ſucceſſorem ſibi deſignavit, idq́; ob inſignem ejus virtutem; certò ſibi perſuadens, quòd Reipub. commodo poſtponi debeant inimicitiæ privatæ. Verùm ubicunq́; in uſu eſt ſucceßio hereditaria, ibi regno deſtinandum eſſe filium natu maximum, docet tum natura jus, tum gentium ſaniorum conſuetudo:

reliquis verò fratribus ſic proſpici oportet, ut illuſtris ipſorum dignitas requirere videbitur. Neq; enim diviſionem inter plures patitur natura regni: ſiquidem multiplicatione imperantium ſolet illud vel graviter infirmari vel funditùs everti; dum portione ſua qui non ſunt contenti, alienam non ſine periculo parricidii conantur invadere.

Quæſtio autem heic incidit, An ſi familia ſexu maſculino deſtituta fuerit, in fœminas devolvenda ſit ad imperium ſucceſſio. Natura quidem certè id negare videtur, eo quòd non ad imperandum ſed ad parendum aptus natus ſit imbecillis ille ſexus fœmineus; nimisq; videatur ſervile, maſculos, qui jure naturæ dominium tenent, fœminarum ſubiici imperio: veruntamen qua conteſtatur experientia, mulieres non paucas exſtitiſſe, quibus animus virilis inſederit, rerumq; gerendarum dexteritas admiranda, quæſtioni hanc reſponſionem ex Tholoſano liceat fortaſsè ſubjicere: Si mulier occurrat bona & viribus exornata, ad regiminis dignitatem & molem ſufficiens, eam non magis, quàm præſtantem virum, excludendam: Ratione nimirùm prohibitionis ceſſante, probibitio ipſius legis ceſſare.

ſare debet. Conſtat profectò cùm periculoſam tum noxiam fuiſſe interdum gynæocratiam. Teſtis heic ſit Johanna (quam ab impudicitia Lupam appellarunt) Regina quondam Neapolitana. Ea enim tres Reges, & quidem maritos ſuos, crudeliſſimè interemit. Semiramis, ut ipſa tandem regno potiretur, Regem interfici juſſit. Hujusmodi exemplis motus Cardinalium Senatus legem tulit, referente Bodino, quà cavetur, ne deinceps ad fœminas imperium Neapolis perveniat. Interim tamen fateri nos oportet, quod egregià laude mulieres nonnullæ ſceptro regio præfuerint. Nam ut Deboram heic prætermittam, cujus hiſtoriam omnibus notam eſſe oportet, celebratur à ſcriptoribus Margareta Waldemari III Danorum Regis filia, quæ præter alias res fortiter & præclarè geſtas, Regem Sueciæ Albertum Megapolitanū prælio devictum cepit, anno Chriſti 1387. & regnum Suecicum imperio Danico adjecit. Quùm igitur utrinq; heic parata ſit monumentorum non adeo levium acies, ſic ſtatuendum videtur, ut conſuetudo loci quam maximè attendatur quâ ſi diu jam in

regno

regno aliquo præbetur fœminarum ſucceſſio, inſaniæ argumentum exhibiturus eſſet; qui modum regni iſtius impetrandi immutare vellet, ſi quidem id absq; gravi motu & exitioſo Reipub. damno fieri nequeat.

Sed ut alia ad hoc caput ſpectantia ſilentio involvamus, & ad noſtrum inſtitutum revertamur; non alienum fuerit, paucula, quæ ſubditos concernant, documenta heic ſubnectere. Neq; enim negari poteſt, quin populi ſive furor ſive temeritas, eò quandoq; progrediatur, ut poſt habità boni etiam magiſtratus autoritate, ſuoq; neglecto officio, Rempub. vehementer turbat.

CAPUT VI.

De ſubditorum erga Magiſtrā-tum officio.

Quàm tetra inter homines exſiſteret ἀταξία, & confuſio, ſi Magiſtratus cum promiſcua multitudine communicaret imperandi vices, hac fabulâ indicare voluit prudens antiquitas, quâ narratur, caudam draconis, gliſcente diſſenſione, à capite poſtulâſſe, ut non ſemper ſequi cogeretur, ſed liberam quoq; progreßionem alternis obtineret, ſortitamq; praeundi munus graviter, difficulter, & periculosè prodiiſſe, capite, quod contra naturam cogebatur caecis ſurdisq; partibus obſequi, afflictionem indè non mediocrem ſentiente. Magiſtratus ſcilicet regimine, ſeu imperio civili, nihil quicquàm in humanis utilius eſt & convenientius, nihil magis neceſſarium. Hoc enim eſt medium illud, quò ſecundùm Deum conſervatur Reſpublica; hoc Reipub. fulcrum, funda-

fundamentum, vinculum, coagulum, adeoq; ſpiritus ille vitalis, quo amiſſo corruunt omnia. Hoc defenſantur probi, improbi coërcentur; ut non immeritò cum virga Circæa compararetur, quâ captâ feræ homineſq; miteſcere fingebantur. Anarchia contrà quid monſtroſius cogitari poteſt aut pernicioſius? Hæc effrenatam & diſſolutam vitæ morumq; licentiam, peſtilentem ſcelerum impunitatem, horrendam rerum omnium confuſionem, ac ſtupendam calamitatum molem in Rempub. introducit

Nam ſublato Magiſtratu, Leges, quæ Reipub. vita agnoſcuntur meritiſſimò, mutæ ſilent ac enerves jacent: quandoquidem Magiſtratus ſit Lex loquens, & tanquam jus quoddam animâ & robore præditum, quòd non tantùm imperat; ſed curat etiam ut mandata juſtam ſortiantur exſecutionem.

Undè prudentes judicare conſueverunt, ſatius eſſe ſub malo Principe, quàm ſub nullo vivere. Faceſſant igitur qui imperium poteſtatis à Deo conceſſæ & approbatæ, quaſi illud ipſius Dei imperio, cui ſemper nos parere conve-

convenit, adverſaretur, impugnant; quùm ii non attendant, quòd Magiſtratui qui reſiſtit, is omnis boni ordinis autori Deo reſiſtat. Faceſſant, qui imperium civile ideò excutiendum clamitant, quod melius ſit obedire Deo, quàm hominibus. Nam quatenus mandatum humanum divino conſonat; utiq; injuſtum eſt obedientiam ei denegrare. Verùm ſi obtrudantur decreta, quibus gloria majeſtatis divinæ læditur, non autoritati hominum, ſed Dei obediendum eſt voluntati.

Quò ſpectat illud Baſilii: Poteſtatibus eminentioribus obediendum eſt, in quibus mandatum Dei non impeditur. Faceſſant deniq; cenſores illi inſipidi, qui heic urgent naturæ paritatem; cui vim fieri blaterant, ſi homo homini imperet.

Docet enim experientia, inſignem eſſe in hominibus ſingulatim conſideratis, præſertim quoad qualitates acquiſitas, ut ſunt virtutes & vitia, inæqualitatem & diſcrepantiam.

Quin imò Reipub. non minùs neceſſarium eſt legitimum, quo ea adminiſtretur

ſtretur, imperium, quàm univerſitati rerum, naturæq; curſui, neceſſariæ ſunt leges illæ, quibus interruptus certa ſequeretur in Mundo ἀταξία, diſſolutio, & confuſio. Neq; de nihilo eſt, quòd in ſacris literis Dii appellentur magiſtratum gerentes homines.

Et enim hoc tam præclarum munus tanquam ipſius Dei præpotentis miniſtri & vicarii obeunt, eiusq; judicium exercent, qui ſicut ipſe eſt ſummus totius Mundi Dominus & Monarcha, à ſeipſo poteſtatem habens & autoritatem imperandi creaturis omnibus, ita omni, qui in terra eſt; Magiſtratui non modo eſſentiam primò largitus eſt, ſed etiam dominium, poteſtatem, & imperandi autoritatem contribuit. Quò reſpexit Apoſtolus, inquiens: Non eſt poteſtas, niſi à Deo. *Fruſtrà igitur autumant nonnulli, de Magiſtratu politico indè ſumendum eſſe judicium, quòd & Nimrodus, primus Chaldæorum Monarcha, violenter imperium erexerit, & reliquarum monarchiarum conditores idem deinceps factitârint; quodq; in omnibus fermè imperiis ſi non tyrannis, certè dominatio nimium ſevera deprehenda-*

tur,

tur, variisq́ vitiis & flagitiis frena conſpiciantur laxari. Ipſa namq́ poteſtas à Deo ſuam ducit originem; etiamſi poteſtatis acquiſitio ſit interdùm injuſta, & uſurpatio aliquandò iniqua; id quod non ordinationi divinæ, ſed hominum vitiò aſſcribendum eſt. Quùm ergo Reipub. non minùs neceſſarius quàm utilis ſit Magiſtratus, ſubditos ſui viciſſim officii memores eſſe oportebit, adeoq́ in hoc ſedulò incumbere, ne petulantèr ordinem ejuſmodi violent, ſed libentèr ſe ei ſubjiciant, debitumq́ honorem & amorem deferant. Lacedæmoniorũ Rex Theopompus dicenti cuidam Spartam idcircò optimè ſervari, quòd Reges benè imperare didiciſſent, ſcitè reſpondit: Quin potiùs; quia cives ultrò Regis dicto audientes eſſent. Verùm ſi ad judicii politioris tribunal quiſpiam id velit revocare, utrumq́ in Repub. apprimè neceſſarium eſſe comperiet.

Nam ut equitis periti munus eſt, equum calcitrantem reddere manſuetum, ut ille nec frena reſpuat; nec cervicem duriorem obvertat: Sic principis erit benignitate, æqualitate, & gratiâ homines ita ſibi de-

vincere, ut ſponte ſuâ parere certatim contendant, nec obluctante animo, ſed prompto ſtudio mandata conficiant. Quis enim felix ac diuturnum imperium ei polliceri auſit, qui civium ſuorum animis non tam amorem ex bonitate, quàm ex crudelitate metum inſtillare conatur? Neq; enim quos ſervire cogit neceſſitas, ſed quos ad morem voluntas incitat, ij demum cives Reipub. utiles conſueverunt exſiſtere. Huc ſpectat, quod Plutarchus refert, Arati ad Philippum Macedonem alloquium: Multi, ò Rex, in Creta magniq; montes ex terra enati ſunt, multi in Bœotia & Phocide tum in Acarnania quoq; & mediterranei & maritimi loci mirificè muniti: quorum tu cum nullum occuparis, omnes tamen incolæ ultrò imperata faciunt; quippe ſaxis & præcipitiis latrones inhærent, Rex fidelitate ſuorum & favore fortius tutiusq; habet nihil: iſta tibi Creticum mare aperuerunt, iſta Peloponneſum.

Verùm enim verò quùm imperantium hæc plerumque ſit indoles, ut etiamſi

miti

mitti placidoq́; ſint ingenio, tamen ſi lenitatis nomine contemptionem populi ſe incurrere ſenſerint, excandeſcant vehementer, & imperium exaſperent: ſubditis danda eſt opera, ne facilitate Magiſtratus abutantur, ejusq́; humanitatem in ſævitiam, benignitatem in parſimoniam nimiam convertant. Alexandro Magno quid mitius erat, quid lenius atq́; facilius? Veruntamen, ubi augeſcente poſtmodùm divitiarum affluentiarum copiâ & creſcente imperij amplitudine, proceres immodicâ benignitate in ſpem regni evexerat, quidam illorum in ipſum lingua liberiore debacchari cœperunt, nonnulli diuturnitatem militiæ querulo ſermone conſectari, alii reportatam ex tempeſtate bellica parentum aut liberorum orbitatem exaggerare, alii alias incommoditates ſuas inſimulare, variisq́; in Regem congeſtis querimoniis tumultuari, & tandem in nocturnis conventibus conjurationem meditari.

Sed per delatores detectâ conſpiratione, mutatur Alexandri animus, ut

ut ex comi ſævus fiat, ex miti crudelis, ex placido ſanguinarius. Eſt enim ferè, ut potentiores, dum inſidias à vita ſua amoliri coguntur, clementiæ obliviſcantur ac miſericordiæ. Quocirca ſi cives tranquillo Reipub. ſtatu perfrui cupiunt, expedit omninô, ut non tam in vitam moresq; boni principis inſpiciant, aureosve montes hinc ſibi polliceantur, quàm vitæ ſuæ propriæ rationem ineant, & quid virtutis ſuæ adminiculo aſſequi poſſint, diligenter provideant. Obedientia, inquam, requiritur à ſubditis, ut ſcilicet promptá voluntate Magiſtratui tanquam vicario Dei, ſe ſubiiciant, operá militiæ togatæ & ſagatæ; quæ ad defenſionem, publicæ tranquillitatis ſuſcipiuntur, alacriter conferant, & tributa ad conſervationem regiminis, iudiciorum, & pacis publicæ citrà tergiverſationem dependant.

Hæc qui malitiosè prætermittunt, notam criminis non ſubterfugiunt. Nam rerum ordinem turpiter pervertunt, cauſamq; prægnantem ſævitiæ Principum ſubſternunt.

Multum ſiquidem detrahitur Majeſta-

jeſtati Principis, cùm hi, quiparere debebant, refractarios ſe prabent, & imperata faſtidiosè detrectant: quod ſi impunè tulerint, peſſimum in Rempub. exemplum importatur, quo reliqua multitudo ſic faſcinari poterit, ut excuſſo tandem imperio, Regi quid agendum ſit regulâ quaſi cenſoriâ præfinire auſit. Teſtes heic habemus Miſsinos Aſiæ incolas, qui peremptâ omni ſtirpe Regia, Reges ſuffragio poſtea electos in arctiſsima cuſtodia aſſervabant, ut ſi ab ipſorum præſcripto diceſſiſſent, fame plecterentur & inediâ. Quid quæris? Majeſtate exutus videtur, ſolioq; dejectus Rex ille, cui ſubtracta eſt obedientia.

Sed quoniam ſincera non eſt obedientia, niſi amor ſubſit cum benevolentia & obſervantia conjunctus; boni ſubditi fuerit agnoſcere ordinem politicum & Magiſtratum legitimũ opus Dei eximium eſſe, in quo luculenter conſpicitur ſapientia & juſtitia opificis, ejusq; φιλανθρωπία & bonitas erga miſeros mortales ad oculum exſeritur. Hoc qui animo attento revolvunt, non poſſunt non huic ordinationi ſe ſubmittere,

& Magiſtratum, tanquam ſingulare Dei donum, ſerio amore complecti. Idcircò nomen Regium cùm alibi paſſim ſanctum erat quondam, tum in plagis Orientalibus ſanctiſſimum. Regum ibi majeſtas eximia (ut refert Cælius) confluentibus ad nomen barbaris: queiſq; ſecundis rebus cultum reverentiæ exhibuerunt, etiam in adverſis præſtiterunt conſtantiſſimè. Reges ſuos tanto honore & veneratione dignantur Ægyptii, ut eos, tanquam Deos, obſervent; exiſtimantes, nec ſine divino numine tantum eos imperium aſſecutos, nec niſi divinæ naturæ eſſent participes, tam benè de ſocietate humana rebus egregiè & præclarè gerendis, mereri poſſe. Sed exotica ejusmodi ut ſuo loco relinquamus, & quod circum Chriſtianiſmi concernit magis, ſpectemus, non poſſumus quin amorem erga Magiſtratum in ſubditis commendemus unicè, quia ex illo enaſcantur ad Deum dirigenda gratiarum actio pro dono tam excellenti, unà cum votis devotis pro Magiſtratu conſervando, regendo, & in quovis difficultate adjuvando. Ex eodem amore profluit

cum

cum candore conjuncta ἐπιείκεια in judicandis Magiſtratus legibus, decretis, actionibus, ut ne ad vivum quaſi reſecentur omnia, ſed nævi, quibus humana ſubjacet infirmitas, benigne tolerentur. Secùs autem ſi fiat, contemptionis igniculi facile accenduntur, quorum æſtu ſi aduri ſe ſenſerit Magiſtratus, in promptu ſtatim eſt ventilabrum vindictæ, cujus commotionem, vibices quandoq; indelebiles excipiunt. Sed nunc ad Martem exterius Reipub. occurrentem accedimus.

CAPUT VII.

De remedio vi externæ opponendo.

Quantum malorum colluviem bella ſecum trahere ſoleant, indicatum eſt quodammodò ſuperius: hoc ſaltim repetimus, quòd bella ferro, flammâ, & vaſtitate conſumant omnia. Et ut dracones exſugentes ſanguinem elephantorum, referente Plinio interimunt quidem elephantos, ſed & ipſi nihilominus pereunt: ita in bello utraq; pars damno afficitur, perimit & perit. Sed quid heic remedii? Diligenti ſanè conſultatione opus eſt, & ante omnia omnes intendendi ſunt nervi, omniq; ſtudio allaborandum, ut pax conſervetur, & conflictui hoſtili obex ponatur: nam pax una triumphis innumeris potior.

Et quùm Mars ſemper ſit ἀλλοπρόσαλλος, caſus ſæpe leviſſimus rotam ſic revolvit, ut ex victo victor, ex victore victus evadat exercitus. Quid quòd maligna belli natura clamat, hoſti obſtinato aliquantulum potiùs concedendum eſſe, dummodò Reip. pub: hæc ferat illæſa conditio, quàm ad arma feſtinandum. Iſtud enim ſi fieret, majus malum minori fortaſſe evitaretur incommodo. Via diſſenſionis ac diſſidii ſuſcipiendi vix quicquam eſt compendioſius: facilè negotio in bellum excurritur, recurritur difficili: non enim, ut initium, ita & finis, in noſtra eſt poteſtate. Veruntamen incipiendi, ut inquit Orator Atticus, ubiq; magnæ pœnæ ſtatutæ ſunt; defendenti autem nulla pœna denunciatur. Et certè qui provocat, plerumq; ſuccumbit, id quod non tantùm in hiſtoriis paſſim notari, ſed in ipſa etiam natura frequentari animadvertimus. Undè Ariſtoteles: Cygni, ſi aquila pugnandi initium fecerit, defenſione utentes vincunt; ipſi vero non incboant pugnam. Quocircà conſilio, ut Comici verbis utar, omnia prius experiri, quàm armis, ſapientem decet. Beatum profectò hunc

principem dixeris, ac felicem civitatem illam prædicaveris, cui hæc obtigit fortuna, ut vel anguſtis imperii terminis, in pace tamen & tranquillitate, procul à metu, à vi hoſtili, ab odio & invidia, claudatur. At quid terminos anguſtos dixi? Satis amplum cenſendum eſt imperium, ſorte ſuâ contentum. Humana certe natura cruentum Martis furorem videtur diſſuadere, quùm ipſa nec cornibus, quod tauro, nec unguibus, quod leoni obtigit, munita ſit. Hæc & alia cum animo volutaret Iſaacius Angelus, ubi à Brana obſidebatur, arma in hoſtem convertere noluit, ſed ad preces unicè ad Deum fundendas confugit. Et Imperator Ageſilaus, cum ab eo quæreretur, an armatâ manu terminos regiorum liceret propugnare, ad Pompejum Parthorum Regem hoc reſponſi dedit: Reip. pub. bènè conſtitutæ fines non gladiis terminantur, ſed juſtitiâ.

Quùm igitur admodùm truculenta ſit belli natura, & cum magnis gravibus incommodis ac periculis conjuncta; de remedio compendioſiori ac Reipub. minùs damnoſo, cogitare cœpit cordata antiquitas, Monomachiam

chiam ideò introduxit, ſeu duellum, quo duo tantùm inter ſe conſerebant manus, & pro ſalute reliqui gregis, vires ſuas periclitabantur.

De hoc pugnandi more plena ſunt hiſtoriæ Longobardorum, Anglorum, Burgundionum, Danorum, Normannorum. Et in Germania temporibus Henrici I. & Otthonis Magni habita fuerunt comitia, in quibus concluſum eſt, controverſiam de ſucceſſione in regno ortam duello terminari debere. Interim tamen neq; hæc litem dirimendi ratio omninò probari meretur, ubi præſertim in duos ita concertantes Heroas totius regionis ſalus ac incolumitas unicè conjicitur; quùm adeò anceps ſit duelli exitus, ut huic facilè qui juſtam propugnat cauſam, ſuccumbere uſu venire queat; undè certum Reipub. exitum reſultabit. Si autem talis offeratur caſus, ut inter cives ipſos diſcordiæ eiusmodi & ſimultates oriantur, quæ non niſi effuſione ſanguinis averti poſſint; non videtur alienum, ut monomachiâ expediatur negotium. Præſtat enim incommoditatem minorem ſubire, quàm majus exſpectare detrimentum; & ſa-

& ſatius eſt, unum aliquem è numero civium perire, quàm totam civitatem cruento Martis communis tumultu vexari.

Hac de cauſa Roatoris Longobardorum Rex Monarchiam publico priùs edicto ſublatam quaſi poſtliminio in uſum reduxit. Et Melphitanus Princeps ad turbas ac ſeditiones militum ſedandas nullum tam ſalutare agnovit remedium, quàm monomachiam Imperatoris autoritate & conceſſu decretam.

At quid tandem remedii aperto Marti opponendum? Bellum bello trudendum eſt: ſi nimirùm omnia alia media tentata ſunt; & tamen nulla, niſi bellica, ſalutis obtinendæ ratio iniri poteſt. Tunc enim ipſa cogit neceſſitas, ut mali nodo malus quæratur cuneus. Neq; verò hic modus, utut horridus, quo adverſus hoſtium inſultus defendenda ſunt legitima dominia, illicitus cenſeri debet, & ab iis, qui Chriſto nomen dedere, ita alienus, ut extremâ urgente neceſſitate ad arma non liceat recurrere. Bello quidem certè opus non eſſet, ſi ad normam legis divinæ ac dictamen virtutis peragerentur omnia. Sed

quo,

quoniam tanquam ex equo Trojano ad turbanda, diripienda ac evertenda Reipub. bona proſiliunt quandoq. ἀλάστορες peſtilentiſſimi; quis negabit, juſtè hanc operam collocari, quâ iidem illi retundantur, Reſpub. verò defendatur? Hoc ſcilicet nomine heroas Veteris Teſtamenti, Gedeonem, Baracum, Samſonem, Jephthen, Davidem, commendant ſacrarum literarum monumenta, quòd fortes in bello fuerint, & averterint incurſiones exterorum. Nec reclamat lex naturæ, quippe quæ etiam rationis expertibus animalibus arma, quibus ſe tueantur, dedit. Unguibus leo pugnat, certat aper dentibus, cornibus taurus dimicat, calcaribus galli gallinacei ſe defendunt, mures laceſſiti mordent, apiculæ irritatæ aculeos ſuos evibrant, ineſt & formicæ ſua bilis: neq. ullum animalculum tam puſillum reperitur, quod provocatum aut læſum injuriam ulciſci non cupiat, quò etiam præſidiis à natura munitũ eſt. Quantò magis igitur hominem facere illud decet, cui inditum à natura ut juſtè potiùs imperare, quàm injuſtè deprimi, velit? Pace nihil nobis antiquius, nihil gratius eſſe debet. Sed

hujusce

hujusce commodis cùm hoſtium nos injuria ſpoliat, ec quis eſt, arma qui non capiat, quibus auream pacem conſervare poſſit? Nimirum ſi bellum juſtis de cauſis ſuſceptum fuerit, iniquitatis illud incuſari nequit: Societatem humanam etiam inter Chriſtianos conſervandam eſſe; ideoq; ſi urſerit neceſſitas, propugnandam, nemo niſi inertiſſimus terræ filius inficiabitur. Et quanquàm juſtæ belli gerendi cauſæ complures recenſeri poſſunt, tamen pleraq; omnes hoc includuntur verbo, quòd pro aris & focis *depugnandum ſit. Quocircà ſi ſacroſancta religio defendenda Chriſtianis; ſi pro Chriſto dimicandum ſit omnibus; ſi pro libertate patriæ, adeoq; pro honore etiam & famæ, quæ pari cum vita paſſu ambulat, defenſionem ſuſcipiendam eſſe vel ipſius naturæ inſtinctus enixè ſuggerat: utiq; & media, quibus facinora tam egregia peragantur, arripere fas erit. Quamvis autem preces ſint hominum piorum clypei, & verax ille, potens, ac miſericors Deus omnibus ſuis, etiam in mediis perſecutionum fluctibus certò adeſſe velit: tamen non vult ille ut meri ſimus Dromones & Epimenides. Sed numen ſeriò invocandum eſt, &*

alacris

alacriter admovendæ manus: quam viam populus Iſraeliticus pede [illegible] calcavit, ſtrenuèq; decurrit. Neq; enim bellum, quà bellum eſt, in hoc turbato rerum humanarum ſtatu, per ſe malum erit, ſed bonum & bellum; licèt per accidens eveniat, ut nihil habeat belli, ſed multum acerbitatis & truculentiæ cum eo ſit conjunctum. Interim tamen ſolus Magiſtratus belli indicendi jus ſibi reſervat integrum. Non enim hominibus privatis licitum eſt arbitratu ſuo contra alios arma capeſſere, ut nec fœdera, totius Reipub. nomine, cum hoſtibus pangere. Nam ut à Magiſtratu requiritur, ut [illegible] unum aut alterum graſſatorem, raptorem, aut latronem, ſeverè animadvertat, hujusq; ſævus homicidis telam vitæ abrumpat: ita ejusdem eſt officium multitudini latronum raptorumq; gladio alas præſcindere, ut in pace ſine injuria vivere liceat. Nec putandum eſt, quòd cū dilectione Chriſtiana extremè pugnet administratio belli, quùm in hoc verſetur dilectio & charitas, ut mandata DEI cuſtodiamus & exſequamur; id quod fit non ſolum cum aliorum quorumvis hominum indigentiam & inopiam promptis

benevolentiæ officiis ſublevamus, verùm etiam quoties à noſtris latrocinia & inſultus hoſtiles ordine debito, juſtaq; ratione amolimur, aut etiam condignam pœnarum ſtrus emin eos, quin malè de Repub. noſtra merentur, dirigimus; hac interim accuratè ſervatâ cautione; ne extra muneris noſtri cancellos temerè evagemur. Heic enim vel inprimis vitanda eſt temeritas, ne inconſultas actiones excipiat eventus infelicior; ſicuti Ludovico IX. Regi Ungariæ accidiſſe legimus. Is enim immaturè natus abſq; cute, quæ unguentorum beneficio poſteà ei inducta eſt, coronatur anno ætatis ſecundo, nono deſpondetur ei conjux, decimo regnare cœpit, ante tempus barbam emittit, & vix annum decimum octavum egreſſus canos oſtendit.

Huic autem ex præcoci conſilio & culpâ ducum exercitus, quorum ſuaſu atq; hortâtu manus cum Turca conſeruerat, deploranda iſta infelicitas obtigit, ut in rivulo, An. Chr. 1526. (referente Dubravio) miſerè perierit anno ætatis vigeſimo, Ei nimirùm ut cætera præmatura fuerant, ſic præcocibus quoq; & inconſi-

inconſideratis cõſiliis ſuccubuit infelix, quippe cui inexploratum erat, quantæ vires hoſtiles eſſent, antequàm iis ſeſe committeret; ideoq; iuvenis quodammodò imbellis, à multitudine hoſtium oppreſſus in præcipitium fugatur. Memorabile quoq; eſt exemplum Iacobi IV. Regis Scotorum, quod à Buchanano ſic deſcribitur. Dum Rex ad exercitum proficiſcens Limnuchi veſpertinas in æde ſacrâ conciones audit, ſenex quidam ingreſſus eſt, capillo in ruffo flaveſcente, ac in humeros promiſſo fronte in calvitiem glabrâ, capite nudo, veſte longiuſculâ cyanei coloris amictus, ac lin'eo cinctus, cætero aſpectu venerabilis: is Regem quærens, per turbam obſtantium penetrat. Ubi ad eum acceſsit, ruſtica quadam ſimplicitate, ſuper ſolium, in quo ſedebat Rex, innixus: Rex, inquit, ego ad te ſummiſſus, ut te admoneam, ne, quò inſtituiſti, progrediaris: quam admonitionem ſi neglexeris, non erit è re tua, nec eorum, qui te comitabuntur. Prætereà præmonere ſum iuſſus, ne mulierum familiaritate, conſuetudine aut conſilio utaris: ſecus ſi facies, & damno & ignominia tibi res erit.

Hæc locutus, turbæ ſeſe immiſcuit, nec cùm, precibus finitis, Rex eum requireret, uſquam comparuit, &c. Rex nihilominùs tamen, etiam contra procerum ſuorum conſilia, ad prælium cum Anglis committendum profectus devincitur, ac unà cum flore nobilitatis ſuæ propè univerſo ceditur. Prudenter Livius: Conſiliis nulla res tam inimica, quàm celeritas, celer enim pœnitentia, ſed eadem ſera & inutilis ſequitur, quùm præcipitata raptim conſilia neq; revocari neq; in integrum reſtitui poßint. Et Horatius:

Vis conſilij expers mole ruit ſuâ:
Vim temperatam Dij quoq; provehunt
In majus: ijdem odere vires
Omne nefas animo moventes.

Omnes igitur, ut Taciti verbis utar, qui magnarum rerũ conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur, Reipub. utile, ipſis glorioſum, aut promptũ effectu, aut certè non arduum ſit: ſimul ipſe, qui ſuadet, conſiderando, adijciatne periculo conſilium ſuum, & ſi

& ſi fortuna cœptis affuerit, cui ſummum decus acquiratur.

Quandò autem de bello ſuſcipiendo inſtituitur conſultatio cōſiliariis nō facilè accenſendi ſunt ij, quorum poſſeſſiones finibus hoſtium vicini fuerint; bienim non tam publici quam privati boni rationem habere ſolent. Minùs adhuc conſultum erit, ut eorundem cuipiam demandetur contra hoſtem vicinum expeditio. Metuendum eſt enim, ne is militem quantumvis ſtrenuum ſic alloquatur (andem) ut alicubi factum eſſe memorant) Retrahe te miles, retrahe te, & laxa impetum.

Ut autem conſtet liquidiùs, utrùm melius ſit hoſtem domi exſpectare, an verò in finibus illius belligerare, locorum ac regionum conſideranda eſt natura & conſtitutio. Sunt enim quædam regiones munitæ vel naturâ vel arte; inſtructæ etiam viris fortibus reiq; militaris egregiè peritis: quædam verò non item. Ubi igitur munitæ ac inſtructæ ſunt regiones, ſatius fuerit bellum domi gerere (quùm ibidem commeatu aliisque rebus neceſſariis ſine periculo

munire nos poſſimus) quàm foris, ubi ſcilicet nullus eſt portus claſſi apertus, non ager pacatus, non civitas ſocia, non conſiſtendi procedendi opportunitas, ſed omnia, quocunque oculos converteris, periculoſa ſunt & hoſtilia, etiamſi amplior hinc reportetur victoria, ſi eam largiri voluerit altiſſimus.

Non deſunt, quibus omnia in bello ſic adminiſtranda eſſe videantur, ut nulla prorſus ſtratagemata locum ibi habere debeant. Quùm enim veri militis ſit, non fraude nec artibus occultis, ſed apertâ fronte hoſtem armatum aggredi; non cernunt illi, quo pacto fides cum ſtratagematis poſſit conſiſtere; ſiquidem hæc cum dolo conjuncta ſunt: ubi autem dolus eſt, ibi fides iubetur exulare. Sed quàm grave ſit ac odioſum fidem fallere, norunt non ſolùm Chriſtiani, verùm etiam pagani, qui planè bliteì non fuerint. Nam fidei jura qui violat frangitque, is commune omnium præſidium oppugnare judicatur meritiſſimo.

Veruntamen abuſum, non autem uſum ſtratagematum damnant politici ſaniores. Nimirùm ſobrius ſtratagematum uſus, quo magni

magni duces victoriam ſine periculo ſæpiùs conſecuti ſunt, tantum abeſt, criminibus ut accenſendus ſit, ut etiam non parum gloriæ ſecum afferre ſoleat. Et, ut habent verſiculi,

Inſidiæ inſidias pellunt, fallacia fraudem
Trudit, & ingenio vincitur ingenium.

Requiritur omninò, ut iuſta ſit belli cauſa: quæ ſi data fuerit, parum retulerit, ſive aperte ſive occultè hoſtem tuum devincas; dummodò hac viâ ſecretiore vis nulla inferatur fidei ſingulariter ac ſolemniter utrinq; initæ, nec ſub ſpecie ſtratagematis nefaria exerceatur proditio. Neq; enim facienda ſunt mala, ut eveniant bona.

Militia eſt hæc vita noſtra: ideoq; par eſt, bonam ut militemus militiam, quò tandem aliquandò incorruptibilem gloriæ coronam cum omnibus ſanctis reportemus.

Sed quid in bello communi ac externo? Ibi

Ibi certè non gnavi, ſed ignavi militis fuerit, ſtationem ſuam, ſi quod tormentum majus ictum fronti minitetur, leviter deſerere, arma ſubitò abijcere, & in turpi fuga ſalutem quærere.

Neq; decet ad quemvis fortunæ flatum vehementiorem titubare, & animum cum iis deſpondere, qui verentur ne propriam videant animam: quandoquidem ne ipſa quidem mors, licèt in Φοβερωτάτῳ poſita ſit, viro forti terrorem debet incutere.

Quocirca quicunq; eo eſt animo, ut ſe, inſtar teſtæ, leviculâ quavis colliſione fractum iri metuat, is Marti ſacramentum non dicat, ſed domi reſideat, & vel pyra ad fornacem torreat, vel in foco caſtaneas & glandes frigat; ne cum pudore aliquando rediens filijs Lacenæ accenſeatur. In eos enim ex prælio ob timiditatem olim reverſos mater cum indignatione ſic inſurrexit: Quò properatis vos ignava & fugitiva mancipia? Ventrem fortaſſè maternum, undè exiviſtis, rurſum ingredimini.

Interim

Interim tamen ſi vir fortis, poſtquàm acerrimè hoſtem inſecutus eſt, in tantas res digatur anguſtias, ut non niſi fugâ vitam ſalvare poſſit, quis ultimum hoc aſylum ei denegandum cenſeat.

Etſi enim militi cuilibet fuga probro verti ſolet: tamen cùm neceſſitatis caſus praſcripto legum non ſit aſtrictus ſententiam benigniorem heic adhibere conveniet.

Caſtra porrò quod attinet, ex iis longe proſcribi debet luxus omnis & mollities, cujus amor exitium non paucis attulit. De Planco Plotio Munatii Planci conſularis & Cenſorij fratre tradit Valer. Maximus, quòd cùm is in proſcriptione Triumvirali à militibus ad necem quareretur, fidelitate ſervorum in regione Salernitana occultatus, odore unguentorum proditus ſit. Muleaſſem regem Tunetorum refert Iovius, cùm is contra Amidam filium pro regno recuperando pugnaſſet infeliciùs, ſuo cruore multoque pulvere fœdatum in media eorum turba, qui terga verterant, nulla re

alia magis, quàm fragrantiori unguentorum odore ab beſtibus agnitum, captum, ac proindè à filio ſcalpello candenti proſciſsâ utriusq; oculi pupillâ immaniter occæcatum fuiſſe. Et Politianus hiſtoriam hinc non alienam de Sybaritis enarrat, quos memorat eò quondam deliciarum deſcendiſſe, ut equos in convivia introduxerint, ita inſtitutos, ut audito tibiæ cantu, ſtatim ſe erigerent, pedibusq; prioribus ad manuum inſtar geſtus quoſdam chironicos, motusque ſaltatorios ad numerum ederent. Sed quid accidit? Tibicen quidam contumeliâ affectus, ab illis ad Crotoniatas hoſtes, quos paulò antea prælio ſuperarent Sybaritæ, transfugit, iiſq; ſi ipſius ſequi ductum vellent, Sybaritarum cunctorum equites ſe traditurum eſſe pollicetur.

Quocirca belli dux à Crotoniatis creatur tibicen, convocat omnes, quotquot ejusdem eſſent in urbe artificii, modulandi ritum indicat, & datâ opportunitate in hoſtem jubet procedere.

Sybaritæ verò faſtu praturgidi, quòd equis tatu prapollebant, eunt cōtrà, præliumq; committunt. Heic autem repentè dato ſigno, tibicines univerſi conſpirant: quo modulamine agnito, erectos ſe tollunt equi Sybaritæ ſeſſoribus excuſſis, & tripudium vernaculum etiam in acie exhibent. Ita capiuntur omnes equites, ſed humi cum dolore jacentes; omnes equi, ſed tripudia, quæ domi didicerant, jucundè repræſentantes. Scitè etiam dixit olim Coneſtagius: Viri milites ita ſentiunt & ſtatuunt, eum, qui veſtibus ſerico & auro inſignibus indutus cum hoſte congreditur, aut occumbere, aut catenâ ferreâ vinciri; eum verò, qui ferro armatus pugnam init, victorem, & auro onuſtum redire. Huc ſpectat illa quoq; admonitio Senecæ: Id agere debemus, ut irritamenta vitiorum quàm longisſimè profugiamus. Indurandus eſt animus, & à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. Vim Hannibalis hyberna ſolverunt, & indomitum illum nivibus atq; alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniæ. Armis vicit: vitiis victus eſt. Debellandæ ſunt inprimis voluptates, quæ ſævæ

quoq; ad ſe ingenia rapuerunt. Maximè autem in bello fugienda eſt ſecuritas, quæ frequentiſſimum eſt calamitatis initium. Neq; enim faciliùs celeriusve quiſpiam opprimitur, quàm qui nihil timet, ſed viribus ſuis confidit unicè. Talis nimirùm confidentia ex contemptu hoſtis oriri ſolet, quùm tamen in hoſte nihil deſpiciatur tutò. Hoſtem enim ſi ſpreveris, valentiorem tuâ illum contemptione efficies. Nota eſt ſive confidentia ſive deſpicientia procerum Leopoldi Auſtriaci, quam ii anno Chriſtiano 1386. adverſus hoſtes Helvetios prodiderunt. Proceres illi quùm Helvetios extremè contemnerent, Leopoldo ambigenti autores erant, ut ſtatim irrueret in ruſticos, non autem opperiretur inſequens agmen: ſe enim inermibus illis agricolis mactandis nimis quàm ſufficere. Tuum eſt, inquiunt, ſtatuere, aſſoſne tibi an elixos hos ruſticos hodie in menſa ſtatuamus.

In hoſtem igitur feruntur; ſed erroris citò edocti, unà cum Principe & ſelectiſſimo nobilitatis flore conciduntur ab hoſtibus ſuæq; temeritatis & arrogantiæ pœnas luunt. Horum pollicitis reponi potuerat, quod Damaſippi

ſippi dixit olim Cicero apud Macrobium. Pollicebatur is aprum ſolus interficere: cui Cicero: Verbisne an venabulo eum interficere promiſiſti? Nec deſunt hodie, quibus Mars ventoſa ſedet in lingua, *ut de priſci ævi hominibus loquitur Virgilius. Quin potiùs omni ſecuritatis torpore excuſſo, diligenter inquirendum eſt in omnia ac ſingula hoſtium momenta, præcipuè verò in eorum naturam, mores & vires, item in ſitum & naturam locorum in tempus, occaſionem, & modum agendi.*

Nihil enim in bello parvum; ideoq; nihil inibi contemni debet, quùm ſæpenumerò parvis momentis magni caſus volvantur & res volvantur. Huc ſpectat illud Ciceronis: Diem, imò horam, niſi proviſum fuerit, magnas ſæpe clades afficere.

Et quàm heic ſit periculoſum aliis nimium credere, Torimundi Gothi, Andronici Palæologi, Alegeri Dani, aliorumq; exempla docere poterunt. Multi duces quolibet mundi ſeculo in manus hoſtium nefariè traditi ſunt ab amicis ſuis & familiaribus, quibus conſilia ſua aperuerant improvidè. *Multi*

Multi quoq; à ſtipatoribus ſeu ſatellitibus ſuis, qui latrones dicebantur olim, interfecti ſunt: unde motus Numidarum Rex Maſiniſſa omnem humanam corporis ſui cuſtodiam ſprevit ac rejecit. Is enim quùm nusquam fidem reperiret, arbitratus eſt ſui defenſionem corporis tutò illis concredi non poſſe, quorum in contubernio rariſſima eſt fides mutua: ideoq; canum potiùs, quàm hominum, præſidio ſalutem ſuam committere voluit. Et ſanè in his aliiſq; beſtiis majorem interdùm fidem, quàm in hominibus reperiri, non ſine rubore fateri cogimur. De Dario ultimo Perſarum Rege literis eſt proditum, quòd cùm à Beſſo amico ſuo, ſed perfido & fallaci, multis vulneribus affectus eſſet, miniſtri omnes & ſatellites ab eo animam agente diffugerint, ſolus autem canis remanſerit; quippe qui hominibus iſtiusmodi fidelior, dominum, cui viventi priùs inſervierat, mortuum jam deſerere noluit. Nimirùm cautione prudenti & circumſpectâ heic eſt opus, ut cui tandem familiarum fidat Princeps, etiam atq; etiam videat: illud μέμνησο ἀπιστεῖν & crebris ſermonibus ſibi uſurpandum eſſe meminerit,

minerit, & in auſu quovis militari aſſiduè perpendendum. Nam prudenti incredulitate vix quicquam hominibus datum eſt utilius.

Et quis quæſo, transfugis unquam, ſuorumq; dominorum proditoribus fidem tutò haberi poſſe cenſebit? Hoc certè hominum genus omninò deteſtandum eſſe judicárunt ſemper rei militaris viri peritiores: quibus ſi grata fuerit aliquando proditio; iis tamen proditores vix unquam placuiſſe conſtat. Solymanus imperator Turcicus proditori, cujus operâ in occupanda inſula Rhodo uſus fuerat, pretium repoſuit non immemorabile. Proditori iſti promiſerat tyrannus; ſe, victor ſi evaderet, ex filiabus ſuis unam ei cum dote ponderoſa collocaturum eſſe in matrimonium. Victoriam igitur cum reportâſſet Solymanus, proditioni quod præfixum fuerat præmium flagitavit proditor. Sed tyrannus filiam quidem gemmis & auro ornatam ingentiq; dotis mole auctam in medium produci fecit: interim tamen exſpectationem quaſi in prædam inhiantis proci inanitate compenſat. Nam ad proditorem converſus;

ſic ins

ſic inſit: Vides promiſſis me ſteuiſſe? Verùm quùm tu ſis Chriſtianus, mea verò filia, quam tibi deſpondi, origine & profeſſione ſit Mahometana; vix, puto, inter vos conveniet: neq; ſatis mihi placet gener, niſi intra & extra cutem Muſulmanus (quo nomine religioni Chriſtianæ addictus indigitatur à gente Turcica) neq; ſufficerit, ut more veſtrati verbotenùs tantùm id conteſteris. Tibi igitur deponenda eſt penitùs baptiſſata pellis tua, ut ritè circumciſus evadas. His dictis, deſignato illi genero ſuo cutem detrahi, eumq; ſale conſpergi, in lectum collocari, cute denuò, eaq; Mahometanâ obduci, atq; tum demum ſponſam ei adduci, curavit. Ita proditor iſte ludibrio habitus dignam perfidiæ mercedem reportavit, animamq; cruciatu intolerabili confectus efflavit miſerrimè.

Præterea non putandum eſt, bella tam corporis viribus benè geri, quàm animo, conſilio, & prudentiâ rectè & feliciter adminiſtrari, id quod eorum exempla teſtantur, qui aut pedibus ægri, aut oculis orbati, aut manibus curti, aut membris aliis capti, mancì ac de-

ac debiles arduis bellis ac difficilibus non interfuerunt tantùm, ſed etiam ſumma ſua cum laude præfuerunt. Magnis profectò laudibus affici ſolent, qui in bello præſtantiam virium ſuarum probant: his tamē præferuntur ii, qui plura utilia perficiunt conſilio, quàm gladio; mente ac ratione magis, quàm manu valent; ac ſuboriente fortunæ reluctãtis tempeſtate, ex ſeſe rebusq; natis ipſimet quæcunq; vel negotiis peragendis vel periculis declinandis accommodata erunt, cū dexteritate invenire, & inventa dicendi facultate ejuſmodi proponere atq; explicare poſſunt, ut exercitum totum teneant, militum mentes deliniant, voluntates quò cupiunt impellant, & reliquorum conſilia ad finem idoneum perducant.

Adhæc meminiſſe oportebit, non ex ſola potentia & virtute humana victoriam in bello provenire: ſed hac eos potiri inprimis, qui cum DEO adversùs hoſtem iverint.

Undè Hanan Propheta Aſam Regem Judæ, qui contra Baëſam Regem Iſraelis, quando Ramam hic muniebat, ſic increpat: Quia

Quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcircò evaſit Syriæ Regis exercitus de manu tua. Nonne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis, & equitibus multitudine nimiâ: quos cùm in Domino crediſſes, tradidit in manu tua? Oculi enim Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Digna quoq; vox eſt Imperatore, quæ in legum volumine hiſce verbis repræſentatur: Deo autore noſtra gubernante imperium, & bella feliciter peragimus, & pace decoramus, & ſtatum ſuſtentamus Reipublicæ, & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis adjutorium erigimus, ut neq; armis, neq; noſtris militibus, neq; bellorum ducibus, vel noſtro ingenio confidamus: ſed ſpem omnem ad ſummæ Trinitatis providentiam referamus.

Et memorabile eſt illud, de Carolo V. quod referunt Hiſtorici: In expeditionibus illum bellicis ſæpius cum Deo, quàm cum hominibus, locutum eſſe; eò quòd de ſuis conſiliis cum nemine aut paucis communicaret, ſæpè ad Deum ferventes preces funderet.

Orans

Orandum ſcilicet & laborandum: nec dubium erit, quin Deus vota noſtra exauditurus ſit, ſi non ad noſtram voluntatem, quæ frequenter exorbitat, certè ad utilitatem, cujus nobis ipſis non ſemper ſuppetit prævißio commoda.

Deniq; victoriâ ſuâ ne victor abutatur, ſolicitè ſibi providendum eſſe (dummodò ulla humanitatis mica in ipſo ſit) facilè intelligit. Neq; enim vel in hoſtes vivos, præſertim ſi inſontes fuerint, crudelitatem atq; ſævitiam exercere convenit, vel in mortuos, exemplo A. Vitellionis, qui eò immanitatis proceßit, ut etiam ex cadaveribus hoſtium occiſorum deteſtandam voluptatem caperet, Occiſum hoſtem optimè olere *pronuncians. Nam, ut P. Cornelius Tacitus inquit, non ſolùm fœdum & atrox ſpectaculum, ſed etiam duce & Principe indignum eſt, luſtrare oculis veſtigia recentis victoriæ &c. viſendo lacera corpora, truncos artus, putres virorum equorumq; formas, infectam tabe humum, & protritis arboribus & frugibus diram vaſtitatem. Dignum quoq; notatu eſt, quod olim in Capitolio Romano pictum fuiſſe traditur:*

 Parce

Parce victis, Frange ſuperbos. *Etenim poſt victoriam reportatam ferVorem iræ ac vindictæ ulterioris ſupprimere, hoſtemq; ſupplicem clementia ſuperare, in maxima laude ponendum eſt. Eorum ſiquidem, quæ in bello accidunt, maiorem quandoq; partem fortuna ſibi vendicare ſolet: at ubi quis victoria moderatè ſobrieq; utitur, tum nihil fortunæ relinquit, ſed ſuam prorſus efficere videtur triumphi gloriam. Nam, ut habent verſiculi,*

Vincere laus ingens hoſtes, & parcere victis,
Gloria ſed ſeſe vincere major erit.

Heic nimirùm non tam attendendum eſt, quid in præſentia jucunditatem afferre videatur, quàm quid utilitati perpetuæ inſervire poſſit. Neq; decet, ut qui hoſtibus ſuperior evaſit, cupiditatum ſuarum lenocinio ſuccumbat, earumq; in gratiam lautiori prædæ obtinendæ frena militaria intemperanter laxet: quâ occaſione victores complures non ſine magna clade victos fuiſſe conſtat.

Inprimis

Inprimis à ſævitia victorem abſterrebit fortunæ volubilitas, quæ ex Rege vaſallum, & ex domino ſervum non ſemel produxit. Seſoſtris quondam Ægypti Rex curru aureo, qui à quatuor Regibus captivis trahebatur, vehi ſolitus eſt. Cùm autem unus ex Regibus illis ſubindè reſpiciens rotam intueretur, interrogatus à Seſoſtri, cur toties eò retorqueret oculos? Conſiderando, inquit, rotæ volubilitatem, in qua citò ea, quæ ſumma fuerant ima fiunt, animo meo fortunæ viciſsitudinem expendo. Hac admonitione delimitus Seſoſtris, Reges liberavit. Eadem conſideratione moti Romani, ſicubi duci alicui aut imperatori ob res præclarè in bello geſtas triumphus decerneretur, ei in curru triumphali urbem ingredienti tergum à carnifice claudendum eſſe voluerunt, qui ponè, ceu miniſter publicus, auream gemmisq; diſtinctam coronam ferens, victorem admonebat, ut reſpiceret, hoc eſt, ut quod reſiduum erat vitæ provideret, diligenter ſibi cavens, ne unquam ſuperbiæ locum daret. Et quemadmodùm facinoroſi quondam, ubi ad locum ſupplicij ducerentur, nolas geſtare ſolebant, ne quis deteſtando

ſtando illorum contactu imprudens inficeretur: ſic nola quoq; & flagellum turrui triumphali appenſa erant; quibus notabatur, victorem ut ut glorioſum tam infelicem ac inglorium fieri poſſe, ut & flagris cederetur, & capitis damnaretur. Nemini enim, ut ille apud Livium dixit, compertum eſt, quid ſerus veſper ferat. Innumeris ſiquidem fortunæ vicibus expoſita eſt vita humana: unde nec in adverſis deſpondendus eſt animus, nec in ſecundis & ad votum fluentibus intemperanter extollendus: id quod eleganter à Seneca Tragœdo hiſce verſibus expreſſum legimus:

Vos, quibus rector maris atque terræ,
Ius dedit magnum necis atque vitæ
Ponite inflatos tumidosque vultus.
Quicquid à vobis minor extimeſcit,
Major hoc vobis Dominus minatur.

Omne

Omne ſub regno graviore regnum
eſt.
Quem dies vidit veniens ſuper-
bum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſus,
Miſcet hæc illis, prohibetq; Clo-
tho
Stare fortunam, rotat omne fa-
tum.
Nemo tam divos habuit faven-
tes,
Craſtinum ut poſſet ſibi pollice-
ri.
Res DEUS noſtras celeri citatas
Turbine verſat.

Sed ut receptui heic canamus, & explica-tum hactenus Trifolium politicum decenter complicemus, molliterq; reponamus; fert a-nimus fragrantem hunc florem, quem poſte-ritati reliquit olim Elector quidam Imperii Romani, loco coronidis ei complicando impo-nere: VITA BREVIS, FORMA DE-

Ant 131.804 1

CIPIENS, PECUNIAE FLUXAE, IMPERIUM INVISUM, BELLUM PERNICIOSUM, VICTORIA ANCEPS, CONCORDIA FALLAX, SENECTUS MISERA, MORS FELICITAS, SAPIENTIAE FAMA PERENNIS.

Ea propter ſic regnandum, ut grata perpetuùm vigeat imperii memoria; ſic obediendum, ut conſcientiæ ſua conſtet integritas; ſic deniq; vivendum, ut vixiſſe non pœniteat, ſed immutabilis illa jucundioris vitæ corona certò exſpectari poſſit.

FINIS.